










POMPEI TROGI  
FRAGMENTA

---

COLLEGIT

OTTO SEEL



LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMLVI



Jrogis

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

LIPSIAE ET BEROLINI IN AEDIBVS  
B. G. TEVBNERI ET ACADEMIAE LITTERARVM  
AD OPVS SOCIATIS

LIZ.-NR. 294 • 375/7/55

PRINTED IN GERMANY

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI (III/18/154) — T3809

1956 III 925



# POMPEI TROGI FRAGMENTA

## A. TESTIMONIA

1. Iust. praef. 1: . . . vir priscae eloquentiae Trogus Pompeius Graecas et totius orbis historias Latino sermone composuit . . .

*cf. infra fr. 152 et 165.*

5 2. Vopiscus, Aurelian. 2, 1 (*SHA II p. 150, 15 sqq. Hohl*):  
. . . me contra dicente neminem scriptorum, quantum ad  
historiam pertinet, non aliquid esse mentitum, prodente quin  
etiam, in quo Livius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Ta-  
citus, in quo denique Trogus manifestis testibus convinceren-  
10 tur. . .

3. idem, Prob. 2 (*SHA II p. 203, 22 sqq.*): illud tantum  
contestatum volo me et rem scripsisse, quam, si quis volue-  
rit, honestius eloquio celsiore demonstret, et mihi quidem id  
animi fuit, <ut> non Sallustios, Livios, Tacito<s>, Trogos  
15 atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum  
et temporibus disserendis, sed Marium Maximum, Suetonium  
Tranquillum. . . .

*Cetera testimonia ad Iustini tantum epitomam pertinent:*

4. Hier. in Dan. 5: quo interfecto (*sc. Balthasare*) a Dario  
20 rege Medorum, qui Cyri regis Persarum avunculus fuit, et  
Cyro Persa, quae duo regna Esaias ascensorem bigae cameli  
et asini vocat, destructum esse imperium Chaldaeorum. Quod  
quidem et Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, et Pom-  
peius Trogus et multi alii, qui barbaras scripsere historias.  
25 *Hanc narrationem Trogo tribui non posse monstravit vGu.*  
*Fragm. 191; ex Iust. 1, 7, 3 et 1, 10, 15–22 derivata videtur.*

5. idem. in Dan. praef.: Ad intelligendas autem extremas  
partes Danielis multiplex Graecorum historia necessaria  
est . . . praecipueque nostri Livii et Pompeii Trogi atque  
30 Iustini, qui omnem extremae visionis narrant historiam, et



## TESTIMONIA

post Alexandrum usque ad Caesarem Augustum, Syriae et Aegypti, id est, Seleuci et Antiochi, et Ptolemaeorum bella describunt.

6. Aug. civ. 4, 6: Iustinus, qui Graecam vel potius peregrinam, Trogum Pompeium secutus, non Latine tantum, sicut ille, verum etiam breviter scripsit historiam, opus librorum suorum sic incipit: Principio . . . (= Iust. 1, 1, 1—8) . . . subegit. Qualibet autem fide rerum vel iste vel Trogus scripserit (nam quaedam illos fuisse mentitos, aliae fideliores litterae ostendunt), constat tamen et inter alios scriptores regnum Assyriorum a Nino rege fuisse longe lateque porrectum.

*De ceteris Iustini apud Augustinum vestigiis cf. Seel, StudIt. XII 1935, 12 sqq.*

7. Oros. hist. 1, 8: Pompeius historicus eiusque breviator Iustinus docet . . .

8. idem 1, 10: ait enim Pompeius sive Iustinus hoc modo: Aegyptii cum scabiem et vitiliginem paterentur . . . (= Iust. 36, 2, 6—12)

9. idem 4, 6: Et quoniam ex hoc iam Punica bella succedunt, res ipsa exigit, ut de Carthagine, quae ante urbem Romam duos et septuaginta annos ab Helissa condita invenitur, eiusque cladibus ac domesticis malis, sicut Pompeius Trogus et Iustinus exprimunt, vel pauca referantur. Carthaginienses . . . homines ut victimas immolabant, aetatemque impuberem, quae etiam hostium misericordiam provocaret, aris admovebant . . . Itaque Carthaginienses aversis dis propter istius modi sacra, sicut Pompeius Trogus et Iustinus fatentur, sicut autem apud nos constat, propter praesumptionem impietatemque ipsorum irato Deo, quum in Sicilia diu infeliciter dimicassent . . . (cf. Iust. 18, 7, 1)

10. idem 7, 27: In primo libello expositum a nobis est Pompeium Trogum et Cornelium Tacitum commemorasse . . .

11. idem 7, 34, 5: maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas . . . (cf. vGu. *Fragm.* 191)



TESTIMONIA 5-12 DE ANIMALIBVS Frg. 1-3

(De ceteris locis, quibus Orosius epitoma Iustini usus est, cf. editionem Orosii a C. Zangemeister curatam, Corp. Script. Eccl. V 1882, 693 sqq.; Seel, StudIt. XII 1935, 18 sqq.; H. Hagendahl, Orosius und Iustinus, Göteborgs Högskolas Årsskrift XLVII 1941, 12.)

12. Isid. nat. 47 (p. 77, 6 Becker): De monte autem Aetna Iustinus in libro historiarum ita scribit: Siciliae tellus tenuis ac fragilis . . . (= Iust. 4, 1, 2-6 egeruntur, 11 accedunt u. ad 15 incendat); cf. eundem, orig. 14, 7, 7 (ex Iust. 4, 1, 7, de quo fr. 11); ceterum vide Rue. Verbr., passim.

B. FRAGMENTA

I. DE ANIMALIBVS

1. Char. gramm. I 137, 9 (= 174, 1 Barw.): itaque Trogum de animalibus libro X parium numerorum et imparium non recte dixisse, sed parum et imparum.

Unicum fragm. titulum et libri numerum praebens haustum est ex Plinii opere grammatico Dubii sermonis libri VIII.

2. Char. gramm. I 102, 4 sqq. (= 130, 5 Barw.): lactis nominativum alii volunt lac, alii lact, alii lacte ē postrema . . . nam et Cato sic dixit 'et in Italia atras capras lacte album habere', sed et Valgius et Verrius et Trogus de animalibus [heres] lacte dicunt.

Item ex Plinio. vGu. Fragm. 181 memorat Aristotelem HA 3, 20 sq. de lacte egisse, sed cf. fr. 7b et p. 38 v. 26. 60; p. 39 v. 105.

3. a. Plin. nat. 7, 33

b. Solin. 1, 50 sq.

Tergeminos nasci certum est Horatiorum Curiatorum-que exemplo. super inter ostenta dicitur praeterquam in Aegypto, ubi fetifer potu Nilus amnis. proxume supremis divi Augusti Fausta quaedam e plebe Ostiae duos

imminentia mala non dubiis signis apparuerunt; nam Fausta quaedam ex plebe partu uno edidit quattuor geminos, mares duos, feminas totidem, monstruosa fecunditate portendens futurae calamitatis indicium:



maris totidem feminas enixa  
famem quae consecuta est  
portendit haud dubie. re-  
peritur et in Peloponneso 20  
5 binos quater enixa, maio-  
remque partem ex omni eius  
vixisse partu. et in Aegypto  
septenos uno utero simul  
gigni auctor est Trogus.

d. Strabo XV 1, 22  
p. 695c

10 *Τὰς τε γυναικας ἔσθ' ὅτε  
καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς  
Αἰγυπτίας· Ἀριστοτέλης δέ  
τινα καὶ ἐπτάδυμα ἱστορεῖ  
τετοκένας, καὶ αὐτὸς πολύ- 30  
15 γονον καλῶν τὸν Νεῖλον καὶ  
τρόφιμον.*

quamlibet Trogus auctor ad-  
firmet in Aegypto septenos  
uno utero simul gigni: quod  
ibi minus mirum, cum feti-  
fero potu Nilus non tantum  
terrarum sed etiam hominum  
fecundet arva.

e. Iul. Paulus, Digest. 5,  
4, 3

... quot nasci possunt ...  
25 tam varia et incredibilia cre-  
duntur, ut fabulis adnume-  
rentur. nam traditum est et  
quattuor pariter puellas a  
matre familias natas esse:  
alioquin tradidere non leves  
30 auctores quinquies quater-  
nos enixam Peloponensi,  
multas Aegypti uno utero  
septenos. sed et tregeminos  
35 senatores cinctos vidimus  
Horatios. sed et Laelius scri-  
bit se vidisse in Palatio mu-  
lierem liberam, quae ab Ale-  
xandria perducta est, ut Ha-  
40 drianio ostenderetur, cum  
quinque liberis, ex quibus  
quattuor eodem tempore  
enixa, inquit, dicebatur,  
quintum post diem quadra-  
45 gensimum. (*de eadem re bre-  
vius Paul. Dig. 5, 1, 28 § 5*).

*Ab his locis discrepant duo insequentes:*

e. Aristot. HA 7, 4  
(p. 584b 30)

... ἔν τίκτουσιν αἱ γυναῖ-  
κες, πολλάκις δὲ καὶ πολλα-  
χοῦ δίδυμα, οἷον καὶ περὶ

f. Gell. 10, 2, 1

50 Aristoteles philosophus  
memoriae tradidit mulierem  
in Aegypto uno partu quin-  
que pueros enixam; eumque



Αἴγυπτον. τίκτουσι δὲ καὶ  
 τρία καὶ τέτταρα... πλεῖστα  
 δὲ τίκτεται πέντε τὸν ἀρι-  
 θμόν... μία δὲ τις ἐν τέτ- 10  
 5 ταρσι τόκοις ἔτεκεν εἴκοσιν·  
 ἀνὰ πέντε γὰρ ἔτεκε. esse finem dixit multiugae  
 hominum partionis neque  
 plures umquam simul geni-  
 tos compertum, hunc autem  
 numerum ait esse rarissi-  
 mum.

Quocumque modo enuntiata inter se repugnantia interpre-  
 teris, vix licet coniecturis (e.g. πεντάδυμα pro ἐπτάδυμα: sic  
 vGu. Fragm. 182, 6, priores secutus, quem sane testimonium  
 15 Pauli fugerat) textum traditum mutare. Notandum quidem  
 est in enumerationibus, quae numerum septem praebent, numeros  
 quinque et sex deesse; cf. etiam gradationem in maius a Plinio  
 (binos quater) usque Paulum (quinqies quaternos) in re  
 sine dubio eadem (sc.: mulier Peloponnensis). Ceterum Trogo  
 20 non solum ultimam Plinii comprehensionem (et in Aegypto...  
 Trogus), sed etiam maiorem partem antecedentium verborum  
 tribuendam esse iudicavit F. Münzer, Beiträge zur Quellen-  
 kritik der Naturgeschichte des Plinius, 1897, 38, probante in  
 universum A. Klotz, RE XXI s. v. Pomp. Trog., 2303, 30, sed  
 25 qui narrationem de Fausta plebeia (proxime... dubie) proba-  
 bilius Verrio quam Trogo tribuendam esse censet; immo Mün-  
 zer ex hoc enuntiato indicium termini cuiusdam 'post quem'  
 mortis Trogi erui posse crediderat. Res vix dilucide solvenda,  
 praesertim cum aliis de causis Trogo longam admodum vitam  
 30 contigisse mihi verisimile videtur (cf. Seel, Die praef. des P. T.,  
 1955, 42). Exemplum Horatiorum quid impediatur Trogo ad-  
 scribere non video; verba super usque ad amnis Trogiana  
 iudicanda esse Klotz affirmat, vocabulum amnis indicium fon-  
 tis Latini iudicans (cf. Archiv f. lat. Lex. 14, 1906, 427).  
 35 Id ultimum eo verisimilius videtur, quod cum totum fragmen-  
 tum tum haec verba bene conveniant cum Iust. 2, 1, 8: solum  
 (Aegypti) ita fecundum, ut alimentorum in usum hominum  
 nulla terra feracior fuerit: vix enim cogitari potest Trogum  
 fertilitatis hominum, alioquin sibi notam, etiam hic mentionem  
 40 non fecisse, quod quidem praeclare probatur additamento So-  
 lini, quo fertilitas agrorum coniungitur cum fecunditate mu-  
 lierum, utrumque Nilo potissimum propitiante (cf. etiam  
 prol. 1: repetitae Aegypti origines urbium). Adde id, quod  
 iam C. Wachsmuth, Rhein. Mus. 64, 1891, 477 observavit: re-  
 45 rum naturalium narrationes Trogo per totum Historiarum opus



DE ANIMALIBVS

valde placuisse (e. g. *Iust.* 2, 1, 6–18; 4, 1, 14–15; 30, 4, 1 etc.): vix pro certo habere poteris neque hoc neque ullum insequentium fragmentorum operi de animalibus attributorum etiam in libris historicis aptum suum locum invenire potuisse –  
 5 de quo iam Dübner cogitaverat –, praesertim cum argumenta, quibus vGu. huic deliberationi occurrere conatus est, admodum infirma sint: „Von einer Benutzung der Historien findet sich nun freilich bei Plinius nicht die leiseste Spur“: sed Plinius neque historias neque opus de animalibus, sed merum auctoris  
 10 Trogi nomen praebet; quo mirabilius esset, si historias omnino sprevisset, cum Trogo ab omnibus eum laudantibus gloria quidem historici, nusquam scriptoris rerum naturalium tribueretur praeter Charisium, supra fr. 1 et 2, cui Trogum e Plinio tantum notum fuisse constat. Continuatur vGu.: „und es scheint, daß  
 15 dieser (sc.: Plin.), dem das Werk wohl nicht unbekannt geblieben sein konnte (!), es absichtlich nicht benutzte, weil er die griechischen Quellen kannte, aus denen es kompiliert war“, quae cogitatio eandem atque maiorem haberet vim contra opus de animalibus, praeterea falsa historiarum aestimatione –  
 20 quasi in universum ex Timagene pendentium – fulciretur. Sit sane Charisii testimonium non infitiandum, sintque fragmenta quaedam, velut infra nr. 10, minime historiis apta et optime libris de animalibus convenientia, tamen in aliis fragmentis, etiam a Plinio traditis, res incerta manebit (cf.  
 25 infra ad fr. 4. 8. 13. 130c), quapropter quantum ad rem pertinere visum est locum Iustini, quocum enuntiatum quodque cohaerere posset, et hic addere et intra historiarum fragmenta suo quoquo loco brevem horum fragmentorum mentionem inserere constitui. Ceterum ratio Trogi descriptiones rerum naturalium  
 30 etiam intra historias inspergendi iam a Posidonio adamata fuit (cf. e. g. Karl Reinhardt, *Poseidonios* 1921, 14 ad talia exempla: „Die mitgeteilten Proben sind aus den Historien“).

4. a. Plin. nat. 8, 166

b. *Iust.* 44, 3, 1

Constat in Lusitania circa 40  
 Olisiponem oppidum et Ta-  
 35 gum annem equas Favonio  
 flante obversas animalem  
 concipere spiritum, idque  
 partum fieri et gigni perni- 45  
 cissimum ita, sed triennium

In Lusitania iuxta fluvium  
 Tagum vento equas fetus  
 concipere multi auctores pro-  
 didere. Quae fabulae ex  
 equarum fecunditate et gre-  
 gum multitudine natae sunt,  
 qui tanti in Gallaecia ac Lu-



vitae non excedere. in eadem Hispania Gallaica gens est et Asturica . . .

sitania et tam pernices vi-  
suntur, ut non inmerito ven-  
to ipso concepti videantur.  
Gallaeci autem Graecam sibi  
originem adserunt, siqui-  
dem . . . (*sequitur, quod infra*  
*10 fr. 167b citatum est*).

*Comparanda sunt hae eiusdem rei narrationes; c. Varro (qui ipse diutius in Hispania versatus est et anno 49 legationem in Hispania ulteriore praestitit, cf. H. Dahlmann RE Suppl. VI 1175, 20 et 1177, 24) r. r. 2, 1, 19: in fetura res*  
15 *incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olisipo, monte Tagro quaedam e vento concipiunt certo tempore equae, ut hic gallinae quoque solent, quarum ova hypenemia appel-*  
*lant. sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vi-*  
20 *vunt.*

d. *Adde Verg. georg. 3, 266–279:*  
scilicet ante omnis furor est insignis equarum;

. . . . .

(271) *continuoque avidis ubi subdita flamma medullis*  
25 *– vere magis, quia vere calor redit ossibus – illae ore omnes versae ad Zephyrum stant rupibus altis exceptantque levis auras, et saepe sine ullis coniugiis vento gravae, mirabile dictu . . .*

e. *accedit Columella (Gaditanus ipse) 6, 27: nec dubium,*  
30 *quin aliquot regionibus tanto flagrent ardore coeundi feminae (sc.: equae), ut, etiamsi marem non habeant, assidua et nimia cupiditate figurantes sibi ipsae venerem, cohortalium more avium, vento concipiant. Quae enim poeta licentius dicit: Scilicet . . . (citantur Verg. georg. 3, 266–279).*  
35 *Cum sit notissimum etiam in Sacro, monte Hispaniae, qui procurrat in occidentem iuxta oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse foetumque educasse, qui tamen inutilis est, quod triennio priusquam adolescat, morte absumitur.*



DE ANIMALIBVS

f. cf. Sil. Ital. 3, 378–383:

At Vettonum alas Balarus probat aequore aperto.  
Hic adeo, cum ver placidum flatusque tepescit,  
concupitus servans tacitos, grex perstat equarum  
et venerem occultam genitali concipit aura.

5 Sed non multa dies generi, properatque senectus,  
septimaque his stabulis longissima ducitur aetas.

et g. Sil. Ital. 16, 363 sqq. (*de Peloro equo*):

. . . mirabile dictu  
nullus erat pater; ad Zephyri nova flamina campis  
Vettonum eductum genetrix effuderat Harpe.

10 *Hac in re Plinium, quamquam similitudinibus Varronis  
et Columellae non contemptis, cum Trogo connexum esse etiam  
vGu. (Fragm. 185), virum doct. Sillig laudans, concedit. No-  
tandum praeterea est etiam Trogum ipsum neque Varronis  
neque Vergilii ignarum fuisse (cf. Seel, Die praef. des P. T.,  
15 1955, 72.77) – rem ipsam iam Posidonius tetigisse videtur –.  
Sed idem vGu., ne cogatur largiri Plinium aliquo loco hi-  
storiis Trogi usum esse, confirmat Trogum de hac re etiam in  
libris de animalibus locutum esse; quapropter hunc locum hic  
fere inseruit, quod mutare nolui eo minus, cum etiam in aliis  
20 huius generis fragmentis valde dubitem, nonne historiis sint  
adnumeranda, cf. supra ad fr. 3; utcumque autem res se habet,  
id minimum etiam secundum vGu. constat, Trogum talem nar-  
rationem, sive iterum sive solum, in historias recepisse, nisi  
probabilius videatur Plinium ceteroquin et hic et aliubi tamen  
25 historiis Trogi usum esse. Utraque autem explicatio demonstrat  
legitimum esse, si inter historiarum fragmenta, quocumque  
occurrit occasio praebetur apta, etiam haec de animalibus fragmenta  
recorderis.*

[5. Plin. nat. 10, 40: Sunt et parvae aves uncorum un-  
30 guium, ut pici Martio cognomine insignes et in auspiciis  
magni . . . Trebius auctor est clavom cuneumve adactum  
quanta libeat vi arbori in qua nidum habeat statim exsilire  
cum crepitu arboris, cum insederit clavo aut cuneo.

*C. Cichorius, Röm. Studien, 1922, 97 affirmat nomen Trebii  
35 hoc loco corruptum et in nomen Trogi mutandum esse, praeser-*



*tim cum in indice auctorum a Plinio laudatorum ad hunc locum non quidem Trebius Niger, attamen Trogus occurrat. Hanc coniecturam, sit sane incertissima, fortasse tamen non plane reiciendam praeterire nolui.]*

6. a. Plin. nat. 10,  
100 sq.

b. cf. Aristot. H A 9, 8  
(p. 613 b 25 sq.)

5 Perdices... nec in quo  
loco peperere incubant. ne  
cui frequentior conversatio  
suspecta sit, transferunt alio.  
illae quidem et maritos suos  
10 fallunt, quoniam intempe-  
rantia libidinis frangunt ea-  
rum ova ne incubando deti-  
neantur. tunc inter se dimi-  
cant mares desiderio femi-  
15 narum. victum aiunt vene-  
rem pati. id quidem et co-  
turnices Trogus et gallina-  
ceos aliquando, perdices vero  
a domitis feros et novos aut  
20 victos iniri promiscue.

(ὄρνυγες καὶ πέρδικες)...  
διὰ δὲ τὸ εἶναι ἀφροδισιαστι-  
κοί, ὅπως μὴ ἐπώαζῃ ἢ θή-  
λεια, οἱ ἄρρενες τὰ ὧὰ δια-  
κυλινδοῦσι καὶ συντριβουσιν,  
ἐὰν εὖρωσιν· ἡ δὲ θήλεια  
ἀντιμηχανωμένη ἀποδιδρά-  
σκουσα τίκει... ὅταν δ'  
ἀποδρᾶσα ἐπώαζῃ, οἱ ἄρρε-  
30 νες κεκράγασι καὶ μάχονται  
συνιόντες· καλοῦσι δὲ τού-  
τους χήρους. ὁ δ' ἡττηθεὶς  
μαχόμενος ἀκολουθεῖ τῷ νι-  
κήσαντι, ὑπὸ τούτου ὀχευό-  
35 μενος μόνου. ἐὰν δὲ κρατηθῇ  
τις ὑπὸ τοῦ δευτέρου ἢ  
ὀποιοῦν, οὗτος λάθρα ὀ-  
χεύεται ὑπὸ τοῦ κρατιστεύ-  
οντος. γίνεται δὲ τοῦτο οὐκ  
40 αἰεὶ, ἀλλὰ καθ' ὥραν τινὰ  
τοῦ ἔτους· καὶ ἐπὶ τῶν ὄρνυ-  
γων ὡσαύτως. ἐνίοτε δὲ συμ-  
βαίνει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν  
ἀλεκτρονίων· ἐν μὲν γὰρ  
45 τοῖς ἱεροῖς, ὅπου ἄνευ θη-  
λειῶν ἀνάκεινται, τὸν ἀνατι-  
θέμενον πάντες εὐλόγως ὀ-  
χεύουσιν. καὶ τῶν περδί-  
κων δ' οἱ τιθασσοὶ τοὺς  
50 ἀγρίους πέρδικας ὀχεύουσι  
καὶ ἐπικορίζουσι καὶ ὑβρί-  
ζουσιν...



7. a. Plin. nat. 10,  
179

b. cf. Aristot. HA 6, 33  
(p. 579 b 30 sq.)

dasy-podes omni men-  
se pariunt et superfe-  
tant, sicut lepores. a 10  
partu statim implentur.  
5 concipiunt quamvis ube-  
ra siccante fetu. pa-  
riunt autem caecos.

οί δὲ δασύποδες ὀχεύονται μὲν  
συνιόντες ὀπισθεν ..., ὀχεύονται  
δὲ καὶ τίκτουσι πᾶσαν ὥραν ...  
ἴσχει δ' ἡ θήλεια γάλα πρότε-  
ρον ἢ τεκεῖν, καὶ τεκοῦσα εὐθύς  
ὀχεύεται, καὶ συλλαμβάνει ἔτι  
θηλαζομένη· τὸ δὲ γάλα παχύ-  
15 τητι ὁμοίον ἐστὶ τῷ υἱίῳ. τίκει  
δὲ τυφλά, ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν  
πολυσχιδῶν.

cf. *infra ad fr. 9.*

8. Plin. nat. 10, 185 sq.: Super cuncta est murium fetus,  
20 haut sine cunctatione dicendus, quamquam sub auctore Aristo-  
tele et Alexandri Magni militibus. Generatio eorum lambendo  
constare, non coitu, dicitur. ex una genitos CXX tradiderunt,  
apud Persas vero in praegnantis ventre parientis repertas.  
et salis gustatu fieri praegnantis opinantur. itaque desinit  
25 mirum esse unde vis tanta messis populetur murium agre-  
stium, in quibus illud quoque adhuc latet, quonam modo  
illa multitudo repente occidat. nam nec exanimes reperiun-  
tur neque exstat qui murem hieme in agro effoderit.  
plurimi ita ad Troada proveniunt, et iam inde  
30 fugaverunt incolas...

*Hoc enuntiatum Plinii prope accedere ad fragmentum Trogi  
a Serv. Aen. 3, 108 servatum (ad quod cf. infra fr. 28 et 134)  
coniecit vGu. Fragm. 185; quae coniectura niti possit in primis  
verbis Servii: ubi noctu a terrigenis oppugnatus esset ...  
35 noctu mures arcuum nervos et loramenta armorum adrose-  
runt (scil.: id quoque de regione Troiae narratum). Ad vocem  
terrigenae cf. Democriti fr. B 5 (D.-K. 7 II p. 137, 33, ex  
Tzetzes Schol. Hes. haustum): ὅτι δὲ ζῶια γεννᾶν οἶδεν ἢ  
γῆ, δεικνύουσι πολλαχόθεν καὶ ἐκ τῶν ἐν Θηβαῖδι τῆι  
40 Αἰγυπτίαι γεννωμένων μυῶν μετὰ τὴν τοῦ Νείλου τῆς  
ἀναβάσεως ὑποχώρησιν.*

*Res admodum quidem incerta, sed vix plane contemnenda.*



9. a. Plin. nat. 11, 229

Pili a cute exeunt crassa hirti, feminis tenuiores, equis in iuba largi, in armis leoni, dasypodi et in buccis intus  
5 et sub pedibus, quae utraque Trogus et in lepore tradidit, hoc exemplo libidinosiores  
10 hominum quoque hirtos colligens. villosissimum animalium lepus.

b. Aristot. GA (de generatione animalium) 4, 5 (p. 774a 31sqg.)

... τῶν δασυπόδων... τοῦτο γὰρ ἐπικνίσκῃται τὸ ζῶον· οὔτε γὰρ τῶν μεγάλων ἐστὶ πολυτόκον τε (πολυσχιδῆς γάρ, τὰ δὲ πολυσχιδῆ πολυτόκα) καὶ σπερματικόν. δηλοῖ δ' ἡ δασύτης· ὑπερβάλλει γὰρ τοῦ τριχώματος τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ ὑπὸ τοὺς πόδας  
20 καὶ ἐντὸς τῶν γνάθων τοῦτ' ἔχει τρίχας μόνον τῶν ζῴων. ἡ δὲ δασύτης σημεῖον πλῆθους περιπτώματος ἐστίν, διὸ καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ δασεῖς ἀφροδισιαστικοὶ καὶ πολύσπερμοι μᾶλλον εἰσι τῶν  
25 λείων. ὁ μὲν οὖν δασύπους τὰ μὲν τῶν κνημάτων ἀτελῆ πολλάκις ἔχει, τὰ δὲ προῖεται τετελειωμένα τῶν τέκνων.

c. *similiter, sed brevius* Aristot. HA 3, 12 (p. 519, 22):  
ὁ δὲ δασύπους μόνος καὶ ἐντὸς ἔχει τῶν γνάθων τρίχας καὶ ὑπὸ τοῖς ποσίν.

35 *Facile est intellectu Plinium Aristotelis vocabulum usitatum δασύπους prave comprehendentem credidisse Trogum, qui, Aristotelem Latine vertens, suo iure vocem lepus praebeuit, de alio et secundo animali locutum esse. Ex quo apparet Plinium Trogo fonte inprimis augmentario et quasi Aristotelis supple-*  
40 *mento usum esse. Cum idem error Plinii, quasi δασύπους et lepus duo et inter se distincta animalia essent, etiam nat. 10, 179 occurreret, vGu. Fragm. 184 haud inverisimiliter conclusit etiam ibi, sicut hic, iuxta Aristotelem etiam Trogum adhibitum esse, quapropter et illum locum inter Trogi*



*fragmenta recipere, non sane sine dubitatione, oportet: supra fr. 7.*

10. a. Plin. nat. 11,  
273—276

b. cf. Aristot. HA 1, 8—11  
(p. 491 b 12 sqq.)

Miror equidem Aristotelem non modo credidisse  
5 praescita vitae esse aliqua  
in corporibus ipsis, verum  
etiam prodidisse. quae quam-  
quam vana existimo, nec  
sine cunctatione proferenda,  
10 ne in se quisque ea auguria  
anxie quaerat, attingam ta-  
men, quia tantus vir in doc-  
trinis non spreuit. igitur vi-  
tae brevis signa ponit raros  
15 dentis, praelongos digitos,  
plumbeum colorem plurisque  
in manu incisuras nec perpe-  
tuas. contra longae esse vitae  
incurvos umeris et in manu  
20 unam aut duas incisuras lon-  
gas habentis et pluris quam  
XXXII dentis, auribus am-  
plis. nec universa haec, ut  
arbitror, sed singula obser-  
25 vat, frivola, ut reor, et volgo  
tamen narrata. addidit mo-  
rum quoque spectus simili  
modo apud nos Trogus et  
ipse auctor e severissimis,  
30 quos verbis eius subiciam:  
Frons ubi est magna seg-  
nem animum subesse signi-  
ficat, quibus parva mobilem,  
quibus rotunda iracundam,  
35 velut hoc vestigio tumoris

[493 b 32 χειρὸς δὲ τὸ μὲν  
ἐντὸς θέναν, σαρκῶδες καὶ  
διηρημένον ἄρθροις, τοῖς μὲν  
μακροβίοις ἐνὶ ἡ δυσὶ δι' ὄλον,  
40 τοῖς δὲ βραχυβίοις δυσὶ καὶ  
οὐ δι' ὄλον] (τὸ μέτωπον)  
οἷς μὲν μέγα, βραδύτεροι,  
οἷς δὲ μικρόν, εὐκίνητοι· καὶ  
οἷς μὲν πλατύ, ἐκστατικοί,  
45 οἷς δὲ περιφερέες, θυμικοί.  
ὑπὸ δὲ τῷ μετώπῳ ὀφρῦες  
διφνεῖς· ὧν αἱ μὲν εὐθεῖαι  
μαλακοῦ ἡθους σημεῖον, αἱ  
δὲ πρὸς τὴν ῥῖνα τὴν καμπυ-  
50 λότητ' ἔχουσαι στρυφνοῦ, αἱ  
δὲ πρὸς τοὺς κροτάφους μω-  
κοῦ καὶ εἴρωνος, αἱ δὲ κατε-  
σπασμέναι φθόνου. ὑφ' αἷς  
ὀφθαλμοί... κανθοὶ δύο, ...  
οἱ ἂν μὲν ὧσι μακροί, κα-  
κοηθείας σημεῖον, ἔαν δ' οἶον  
οἱ κτένες κρεῶδες ἔχωσι τὸ  
πρὸς τῷ μυκτῆρι, πονηρίας  
... (492 a 1) ὀφθαλμοῦ δὲ τὸ  
60 μὲν λευκὸν ὅμοιον ὡς ἐπὶ  
τὸ πολὺ πᾶσιν, τὸ δὲ καλού-  
μενον μέλαν διαφέρει· τοῖς  
μὲν γὰρ ἐστὶ μέλαν, τοῖς δὲ  
σφόδρα γλαυκόν, τοῖς δὲ χα-  
65 ροπόν, ἐνίοις δὲ αἰγωπόν, ὃ  
ἡθους βελτίστου σημεῖον καὶ  
πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτι-  
στον... τῶν δ' ὀφθαλμῶν οἱ



adparente. supercilia quibus 20 μὲν μεγάλοι, οἱ δὲ μικροί, οἱ  
 porriguntur in rectum mollis δὲ μέσοι... βελτίστον δὲ  
 significant, quibus iuxta na- ἤθους οἱ μέσοι, ἐκείνων δ' ὁ  
 sum flexa sunt austeros, qui- μὲν ἀναιδῆς ὁ δ' ἀβέβαιος.  
 5 bus iuxta tempora inflexa (cap. 11) Ἔτι δὲ κεφαλῆς  
 derisores, quibus in totum 25 μόριον, δι' οὗ ἀκούει, ἄ-  
 demissa malivolos et invi- πνουν, τὸ οὗς... τοῦτο δ' εἰς  
 dos. oculi quibuscumque μὲν τὸν ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει  
 sunt longi maleficos mori- πόρον ... περαίνουσι δὲ καὶ  
 10 bus esse indicant. qui car- οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸν ἐγκέφα-  
 nosos a naribus angulos ha- 30 λον, καὶ κεῖται ἐπὶ φλεβίου  
 bent malitiae notam prae- ἐκάτερος. . . . (p. 492 a 32)  
 bent. candida pars extenta ὠτων δὲ ... τὰ δὲ μέσα  
 notam impudentiae habet, βελτίστον ἤθους σημεῖον, τὰ  
 15 qui identidem operire solent δὲ μεγάλα καὶ ἐπανεστη-  
 inconstantiae. oricularum 35 κότα μωρολογίας καὶ ἀδολε-  
 magnitudo loquacitatis et σχίας ...  
 stultitiae nota est. Haecenus  
 Trogus.

*Ex hoc fragmento ratio Trogi admodum clare perspicitur, qui quidem ex Aristotelis descriptione corporis ea tantum recepit, quae ad mores hominis cognoscendas pertinent. Cete-*  
 40 *rum cf. G. Heigl, Programm Marburg a. Drau I. II. 1895/6, qui Plinii lib. 11 cum Aristotele confert. Aristotelem iam hic, quamquam in mera descriptione, semper τὸ μέσον quasi opti-*  
*imum spectavisse apparet, quod quanti sit momenti in tota eius philosophia notum est (cf.: Jan van der Meulen, Aristoteles,*  
 45 *Die Mitte in seinem Denken, 1951).*

*c. Ad verba Aristotelis supra exhibita περαίνουσι... εἰς τὸν ἐγκέφαλον praeterea notandum est Plin. nat. 11, 149... venas ab iis (sc. oculis) pertinere ad cerebrum peritissimi auctores tradunt, quae quidem verba Plinium non ex Aristotele, sed e*  
 50 *Trogo hausisse vGu. Fragm. 183 conicere ausus est (cf. in initio huius fragmenti: Trogus et ipse auctor e severissimis); cuius coniecturae quamquam incertissimae hic saltem mentionem facere liceat.*



11. a. Plin. nat. 12,  
6—7

b. Theophrast. hist.  
plant. 4, 5, 6

Sed quis non iure miretur arborem umbrae gratia tantum ex alieno petitam orbe? 25 Platanus haec, mare Ionium Diomedis insula tenus eiusdem tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter pri- 30 mas donata Italiae et iam ad Morinos usque pervecta ac tributarium etiam detinens solum, ut gentes vectigal et pro umbra pendant. 35 Dionysius prior Siciliae tyrannus Rhegium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium, nec potuisse in amplitudinem adulescere, ut alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores invenitur.

Ἀλλὰ καὶ τὰ φίλυδρα καὶ τὰ παραποτάμια ταῦθ' ὁμοίως· ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὐ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν· σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ· καίτοι πολλοὶ καὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ' ἁμφοῖν· ἀλλ' οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος· ἐν Ῥηγίῳ γοῦν ἄς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἱ εἰσι νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ, φιλοτιμηθεῖς οὐ δεδύνηνται λαβεῖν μέγεθος.

*Verba Plinii § 7 (inde a Dionysius prior ...) Trogo tribuenda esse eadem de causa atque Plin. 11, 149 (cf. in fine 40 fragmenti antecedentis, fr. 10c) vGu. Fragm. 183, nisus in primis verbis apud auctores invenitur, suspicatus est, quae coniectura, per se vix credibilior quam antecedens, paulum firmari mihi videtur, si, simili modo atque supra fr. 3, verba antecedentia (§ 6) adsumuntur; tum enim narratio conveniat 45 et ad Iust. 4, 1, 7 proximum Italiae promunturium Regium dicitur ideo quia Graece abrupta hoc nomine pronuntiantur. Nec mirum, si fabulosa est loci huius antiquitas, in quem res tot coiere mirae (quarum rerum mirabilium Iustinus vix ullum reliquit vestigium), multo melius autem ad Iust. 20, 50 1, ubi admodum fuse de reliquiis Graecorum in Sicilia et in Italia occurrentibus narratur, ubi et Dionysius prior (§ 1), ubi mare Adriaticum, ubi non quidem insula, attamen urbs Diomedis nominatur (§ 9 sq. Adria quoque Illyrico mari pro-*



xima, quae et Adriatico mari nomen dedit, Graeca urbs est; Arpos Diomedes exciso Ilio naufragio in ea loca delatus condidit) et libertate in ore Romano vere admiranda enumeratur, quot vestigia, reliquias, dona Graeci per universam ferme Italia-  
 5 liam (§ 5) usque ad fines Pisae et Ligurum disperserint; quod quidem aptissime coit cum more Trogi alioquin observando, quempropter adhuc plerique interpretes de inimicitia auctoris contra Romae gloriam versa hariolati sunt; adde denique appellationem Morinorum, gentis Belgicae ad Freti Gallici oram  
 10 habitantis, quam optime cadere in Trogum res Gallicas semper maximi momenti facientem constat (cf., item atque p. 5 sq., C. Wachsmuth Rh. Mus. 64, 1891, 477); nec non verba . . . gentes vectigal et pro umbra pendant spiritum vere Trogianum redolent, qualem alio loco describere conatus sum (Die  
 15 praef. des P. T., 1955, 63 sqq.). Res incerta, at vix omnino spernenda. Ceterum vGu. pro nominatim Hispania legendum esse censuit nominatim Cispadana, sed coniectura nimis est audax, praesertim cum multo sit verisimilius a Plinio sive iam ab eius fonte (Trogo?) vocabulum Theophrasti *σπανίαν* male  
 20 intellectum et voce Hispania interpretatum esse (cf. infra fr. 119).

12. Plin. nat. 14, 83 sq.: Medium inter dulcia vinumque est quod Graeci aigleucos vocant, hoc est semper mustum. id evenit cura, quoniam fervere prohibetur – sic appellant  
 25 musti in vina transitum. ergo mergunt e lacu protinus in aqua cados, donec bruma transeat et consuetudo fiat algendi. est etiamnum aliud genus eius per se, quod vocat dulce Narbonensis provincia et in ea maxime Vocontii. adservatur eius gratia uva diutius in vite pediculo intorto.  
 30 ab aliis ipse palmes inciditur in medullam, ab aliis uva torretur in tegulis, omnia ex helvennaca vite. his adiciunt aliqui quod vocant diachyton uvis in sole siccatis loco cluso per dies septem in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octavo die calcatis. ita fieri  
 35 optumi odoris saporisque . . .

*Notat vGu. 185 possibile esse etiam hunc locum e Trogo, qui ipse in Vocontis natus erat quemque de musto civium suorum satis compertum habuisse verisimile sit, haustum*



esse. Quod fortasse probet is, cui ad fragmentum antecedens notata patescunt. Siquid eiusmodi tactum erat in contextu historiarum, locus aptus inveniatur circa Iust. 43, 5, 10, ubi inter narrationem rerum Massiliensium et mentionem maiorum  
5 Trogi ipsius haud pauca excidisse apparet.

13. a. Plin. nat. 17, 58

(arbores) aut enim semine proveniunt aut plantis radicis aut propagine aut avolsione aut surculo aut  
10 insito in consecto arboris trunco. nam folia palmarum apud Babylonios seri atque ita arborem provenire Trogum credidisse demiror.  
15 quaedam autem pluribus generibus seruntur, quaedam omnibus.

b. Theophrast. hist. plant. 2, 2, 1–2

Φύεται δὲ καὶ κάλαμος ἔάν τις διατέμνων τὰς ἡλά- κάτας πλαγίας τιθῆ καὶ κατακρύψη κόπρω καὶ γῆ... Τοσανταχῶς δὲ οὔσης τῆς δυνάμεως τὰ μὲν πολλὰ τῶν δένδρων ... ἐν πλείοσι τρό- ποις παραγίνεται· ἔνια δὲ ἀπὸ σπέρματος φύεται μόνον, οἷον ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, ὅλως πᾶν τὸ κωνοφόρον· ἔτι δὲ καὶ φοῖνιξ, πλὴν εἰ ἄρα ἐν  
30 Βαβυλῶνι καὶ ἀπὸ τῶν ῥάβδων, ὡς φασὶ τινες μολύειν.

c. similiter Theophrast. c. pl. (= de causis plantarum)

1, 2, 1: Οὐ μὴν ἀλλὰ μάλιστ' ἢ μόνος τῶν ξηρῶν καὶ μονοφυτῶν καὶ ἀπαραβλάστων ὁ φοῖνιξ δέχεται καὶ ἑτέρας γε-  
35 νέσεις παρὰ τὴν σπερματικὴν. τὰς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τὰς ἀπαλωτάτας καὶ ὅταν ἐμβιώσωσι μεταφυτεύουσι.

Ex hoc potissimum fragmento, praeterea ex eo, quod Trogus etiam in indicibus librorum Plinii 12–17, qui sunt de arboribus, et 18, qui est de agricultura, laudatur, vGu. Fragm. 179 sq. concludi posse arbitrabatur Trogum praeter libros de animalibus etiam aliud opus, de plantis, scripsisse. Quae coniectura recte quidem, quamquam, ut mihi videtur, nimia vituperatione, refutata est ab J. G. Spengel, Rhein. Mus. 46, 1891, 54 sqq.:  
45 Trogum inter narrationem rerum de animalibus agentium etiam res botanicas obiter et in transcurso tangere potuisse iam vGu. concesserat. Inprimis Spengel affirmat Plinium cum Theophrasto minime congruere, ut Trogum e Theophrasto



mutuo hunc locum sumpsisse nullo modo dici possit. Sed sit sane quaedam differentia: similitudo tamen vix neganda est. Fundamentum illius coniecturae tamen nimis tenue et lubricum videtur, quam ut ei confidere liceret, praesertim cum nusquam  
 5 de tertio tali opere Trogi quicquam traditum sit; Trogum sane Theophrasti haud ignarum fuisse concedam, cf. etiam supra fr. 11. Ceterum facile cogitari potest etiam hanc rem in comprehensione historiarum tactam fuisse, velut in chorographia Asiatica libri primi sive circa Iust. 20, 4, 3, ubi de multi-  
 10 faria Babyloniorum doctrina plus dictum fuisse possit quam Iustinus servavit. Sed res plane incerta.

14. a. Plin. nat. 31, 131

Trogus auctor est circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ab-  
 15 latae sint spongeae . . .

b. Aristot. HA 5, 16

(p. 548 b 19 sqq.)

Μέγιστοι μὲν οὖν γίνονται (τῶν σπογγῶν) οἱ manoί, καὶ πλεῖστοι περὶ τὴν Λυκίαν, μαλακώτατοι δὲ οἱ πυκνοί. οἱ γὰρ Ἀχίλλειοι στιφρότεροι τούτων εἰσὶν. ὅλως δ' οἱ ἐν τοῖς βαθέσι καὶ εὐδαινοῖς μαλακώτατοί εἰσιν.

c. Plin. nat. 9, 149

Maxumae fiunt manoe sed mollissimae circa Lyciam, in profundo autem nec ventoso molliores.

25

Secundum Plinii locum artius cum Aristotele cohaerere apparet. Si quaeras, nonne haec quoque res in historiis narrata  
 30 fuisse possit, constat in fine libri 11 Iustini permulta de topographia Asiae Minoris excidisse, cf. prol. 11 (post interitum Darii, quo Iust. 11 finitur): dictaeque in excessu origines regesque Cariae, regionis Lyciae finitimae; cf. infra fr. 90.

Ceterum coniecturam vetustiorum quorundam doctorum —  
 35 velut Schneider ad Theophrastum —, omnibus locis, ubi Plinius Theophrastum in contextu quidem laudet, sed Trogum, non Theophrastum in indice fontium appellet (id quod cadat potissimum in Plinii lib. 15 ter) enuntiatum Theophrasto adscriptum e Trogo receptum esse, non solum incertam, sed  
 40 ne satis quidem verisimilem esse iam vGu. Fragm. 184 recte iudicavit.

Quamquam certissimum est etiam alias quasdam res a Plinio narratas sive e Trogi opere de animalibus sive ex



## HIST. PHIL.: TROGI PRAEFATIO

*eiusdem historiis haustas esse — id quod demonstratur eo, quod Plinius Trogum praeterea in indicibus librorum 7–18 et 31 nominat —, tamen vix umquam ulla facultas offeretur tales cohaerentias singillatim eruendi satisque probandi, quapropter necessarium erit arte quadam nesciendi eis quae adhuc praebentur satis habere.*

### II. HISTORIAE PHILIPPICAE E POMPEI TROGI PRAEFATIONE

*Iustinum suam praefationem scribentem praefatione quadam primigenia Trogi ipsius — quam iam formam epistulae dedicatoriae praebuisse verisimile est — usum esse demonstravisse mihi videor libello qui inscribitur Die praefatio des Pomp. Trogus (Erlanger Forschungen 3, 1955); eodem loco apparuit similitudines quasdam inter Cassiodorum et Iohannem Epiphanensem et Iustini praefationem intercedentes — per se iam a Francisco Rühl, Die Verbreitung . . . p. 5 observatas, sed aequo brevius citatas et prave interpretatas — non eo genitas esse, quod illi sexti saeculi auctores e Iustino hausissent, sed Iustinum, Cassiodorum, Iohannem inter se non cohaerere, immo unumquemque recta via ad Trogi praefationem velut ad exemplar normamque suarum praefationum — nam et Cassiodori epistula var. 9, 25 a specie praefationis non abhorret — redire. Verba denique Iustini 38, 3, 11, quibus Trogum orationes directas Sallustii Liviique vituperavisse epitomator testatur, apud Trogum non tantum ad Mithridatis orationem spectavisse, sed iam in initio operis, scilicet in praefatione, necessaria fuisse iam alii viri docti, velut Michel Rambaud, Salluste et Trogue-Pompée (Revue des Etudes Latines 1948, 171 sqq.), sagaciter suspexerunt. Quamquam non licet ad verbum accurate terminare, quousque Trogi peculium definire liceat, tamen circiter haec potissimum enuntiata historici praefationi tribuere non nimis sit audax:*

15. Iust. praef. 1: Cum multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri, res Romanas Graeco peregrinoque sermone in historiam contulissent, . . . (Trogus Pompeius) Graecas et totius orbis historias Latino sermone composuit, ut, cum nostra Graece, Graeca quoque nostra lingua legi possent.



16. a. Iust. praef. 2—4

b. Cassiodor. var. 9, 25,  
4 sqq.

... cuius libris omnium  
saeculorum, regum, natio-  
num populorumque res ge-  
stae continentur. Et quae 25  
5 historici Graecorum, prout  
commodum cuique fuit iter,  
segregatim occupaverunt,  
omissis quae sine fructu  
erant, ea omnia (Pompeius) 30  
10 divisa temporibus et serie  
rerum digesta composuit...  
(4) per otium, quo in urbe  
versabamur, cognitione quae-  
que dignissima excerpti et 35  
15 omissis his, quae nec...  
exemplo erant necessaria,  
breve veluti florum corpus-  
culum feci, ut haberent et  
qui Graece didicissent, quo 40  
20 admonerentur, et qui non  
didicissent, quo instrueren-  
tur.

(*Epist. Athalarici regis, de  
Cassiodoro ipso loquens:*) Te-  
tendit se etiam in antiquam  
prosapiem nostram, lectione  
dicens quod vix maiorum no-  
titia cana retinebat. Iste  
reges Gothorum longa obli-  
vione celatos latibulo vetu-  
statis eduxit... (5) Origi-  
nem Gothicam historiam fe-  
cit esse Romanam, colligens  
quasi in unam coronam ger-  
men floridum, quod per li-  
brorum campos passim fue-  
rat ante dispersum. (Perpen-  
dite, quantum vos in nostra  
laude dilexerit, qui vestri  
principis nationem docuit  
ab antiquitate mirabilem, ut,  
sicut fuistis a maioribus  
vestris semper nobiles aesti-  
mati, ita vobis antiqua re-  
45 gum progenies inperaret.)...  
(§ 10) Talem Metelli in Asia,  
talem Catonis in Hispania  
legitis fuisse ducatum, qui  
plus de sua disciplina quam  
50 per arma laudati sunt: non  
iniuria, quia hostem con-  
gredi varius semper eventus  
est, indubitata vero gloria  
morum custodisse mensu-  
55 ram.

*Ultima Cassiodori verba a Trogi more sentiendi aliena  
non esse monstrant loci infra ad fr. 153 allati; ne verba qui-  
dem Iustini veluti florum corpusculum Trogo abiudicanda  
esse pro certo habeas, ad cuius libros 1—6 fortasse conveniant,  
60 cf. libellum meum supra citatum p. 32.*



c. *Accedit potissimum enuntiatum illud Iohannis Epiphaniensis, quod invenitur FHG IV 273 Müller: τοῦτο ἔρχομαι λέξων, οὐ λόγον περιουσία τεταρρηκῶς οὐδέ γε πρότερον ... [rasura; ἐπιτηδεύσας suppl. B. Hase], ἀλλ' ὡς*  
 5 *ἂν μὴ πρᾶγμα τηλικούτον τοῖς ἔπειτα γενησομένοις ἀδι-  
 βόητον καταλειφθεῖη· ἐπεὶ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, εἰ  
 μὴ πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθεῖη καὶ τῇ μνήμῃ παρα-  
 δοθείη, τῷ τῆς σιωπῆς ἀποσβέννυται σκότει. Παρέχουσι γὰρ  
 οἱ λόγοι τὸ ζῆν καὶ διαφθειρομένοις τοῖς πράγμασιν. Ἐπειτα*  
 10 *δὲ ... οὐκ ἄτοπον ἠγησάμην καθ' ὅσον δ' ἂν οἷός τε ᾧ, τοῖς  
 οὐκ εἰδόσι τὰ περὶ τούτων διηγήσασθαι. Αναγκαῖον δὲ ὄν  
 τῆς τῶν ἐπομένων γνώσεως ἔνεκα, ἀκριβῶς εἰδέναί καὶ τὰ  
 καίρια τῶν προγεγενημένων, (οὐχ ἥκιστα δὲ τὰ ἐς τὴν ἐπα-  
 νάστασιν τὴν Ὁρμίσδα τῷ Χοσρόου πατρὶ γεγενημένην,)*  
 15 *τῶν ἔμπροσθέν μοι δοκεῖ διὰ βραχέων μνημονεύσαντα πρό-  
 τερον, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον ἀφικέσθαι λόγον· ὡς τοὺς  
 μὲν εἰδότας ὑπομνησθῆναι τῶν κεκινημένων, τοὺς δὲ μηδ'  
 ὄλως ἀκηκοότας τὰς ἀφορμὰς ἔχειν εἰδέναί σαφῶς ἀφ' ὧν  
 τὰ μετὰ ταῦτα πραχθέντα γεγονάσιν.*

20 *Aliquantum plus verborum Iohannis, quam quae cum Iu-  
 stino consentiunt, Trogo vindicandum esse l. l. probare cona-  
 tus sum; nota inprimis sententias de utilitate historiae, quae  
 artissime cum prooemiis Sallustii coire videntur, sed sine  
 dubio non e Sallustio, sed multo verisimilius ex eius assecla,*  
 25 *scilicet e Trogo fluxerint. Quin etiam eis, quae Iohannes de  
 sua Hormisdæ historia dicit, formulam quandam Trogi,  
 rebus saeculi sexti leviter accomodatam subesse mihi quidem  
 vehementer arridet, quae quamquam coniectura numquam  
 firmis argumentis fulciri poterit. Ultima autem Iohannis*  
 30 *verba ad Trogum redire luce clarius est.*

17. Iust. 38, 3, 11: Orationem . . . quam obliquam (Pompeius Trogus) exposuit, quoniam in Livio et in Sallustio reprehendit, quod contiones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiae modum excesserint.

35 *Qua de causa hic locus inter praefationis fragmenta recipiendus sit, vide notam supra, ante fr. 15.*

18. Iust. praef. 5–6: Quod ad te non tam cognoscendi magis quam emendandi causa transmisi, simul ut et otii



mei, cuius et Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret. Sufficit enim mihi in tempore iudicium tuum, apud posteros, cum obtrectationis invidia decesserit, industriae testimonium habituro.

5 *Hanc sententiam admodum nobilem, tempora praesentia despicientem, resignantem et quasi subtristem optime aetati personaeque Trogi, minime autem Iustini convenire vix dubium sit, cf. quae dixi l. l. p. 35 sqq.*

lib. 1

Prol. libri 1: Primo volumine continentur haec. Impe-  
 10 rium Assyriorum a Nino rege usque ad Sardanapallum:  
 post quem translatum est per Arbacem ad Medos usque  
 ad ultimum regem Astyagem. Is a nepote suo Cyro pulsus  
 regno, et Persae regno potiti. Ut Croeso Lydiae regi bellum  
 intulit Cyrus victumque cepit. Hic in excessu dicti Aeoli-  
 15 carum et Ionicarum urbium situs originesque Lydorum et  
 in Italia Tuscorum. Post Cyrum filius Cambyses Aegyptum  
 domuit. Repetitae Aegypti origines urbium. Extincto Cam-  
 byse Darius occisis magis regnum Persicum accepit captaque  
 Babylone bella Scythica molitus est.

19. a. Ampel. 11, 1–2

b. Iust. 1, 1, 4–5

20 Ninus rex qui primus  
 exercitu prope totam Asiam  
 sub se redegit et clarissimam  
 urbem nominis sui condidit  
 Ninon. (2) Belus rex Iovis  
 25 filius, cuius posteri per Ni-  
 num Asiae regnaverunt, per  
 Aegyptum Libyae, per Da-  
 naum Europae.

30 Primus omnium Ninus,  
 rex Assyriorum, veterem et  
 quasi avitum gentibus mo-  
 rem nova imperii cupiditate  
 mutavit. Hic primus intulit  
 bella finitimis et rudes adhuc  
 ad resistendum populos ter-  
 minos usque Libyae per-  
 domuit.



*Ampelii §§ 1 et 2 transposuit Woelfflin consentiente Aßm. '35 et '41, 314 sqq. Belum autem in Ampelii fonte non ipsum regem Assyriorum, sed patrem tantum primi regis, sc. Nini, fuisse etiam ex Ampelii ipsius verbis apparet; quare conicias*  
 5 *Belum ab Ampelii fonte in excessu tantum, ut originem regum Assyriorum, post Ninum additum fuisse, quae optime cadant in solitum Trogi morem digressionum; coeunt itaque bene et Ampelius et Trogus cum Diod. 14,46,6 Κτησίας ... ἀρχάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως, ea autem versio, quam*  
 10 *Augustin. civ. 18, 2 Varroni, Varro autem Castori Rhodio debet: Ninus ergo iam secundus rex erat Assyriorum, qui patri suo Belo successerat, regni illius primo regi... (cf. Augustin. civ. 16, 17 nam rex ille Ninus Beli filius excepta India universae Asiae populos subiugaverat; cf. FGrHist.*  
 15 *250 F 1) ab Ampelio Trogoque paulum distat in eo, quod Ninus secundus rex numeratur (quae divergentia num alium fontem supponere permittat, ambiguum sit). Quocumque modo res se habet, illa transpositio Ampelii paragraphorum reicienda, ordo traditus servandus, totum enuntiatum ad Trogum*  
 20 *referendum est. Cum hac traditione conferendi sunt loci sequentes:*

e. Vell. 1, 6, 1–2.: Insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyriis, qui id obtinuerant annis mille septuaginta, translatum est ad Medos, abhinc annos ferme octingentos  
 25 septuaginta. quippe Sardanapalum eorum regem mollitiis fluentem et nimium felicem malo suo, tertio et tricensimo loco ab Nino et Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut semper successor regni paterni foret filius, Arbaces Medus imperio vitaeque privavit.

d. *Accedit glossa Aemilii Surae (temporis incerti, fortasse ante Trogum scribentis, nescio quibus nexibus cum Varrone cohaerentis, de quo cf. Büdinger, Die Universalhistorie... 1895, 75 et quae adnotavi, Die praefatio des P.T., 1955, p. 74) in Velleii contextum irrepta (Vell. 1, 6, 6):*  
 35 *Aemilius Sura de annis populi Romani: Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones; exinde duobus regibus Philippo et Antiocho, qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginem subactam devictis summa imperii ad popu-*  
 40 *lum Romanum pervenit. inter hoc tempus et initium regis*



Nini Assyriorum, qui princeps rerum potitus est, intersunt  
anni MDCCCXCV.

e. *similiter* Ampel. 10: Imperia ab ineunte aevi memoria  
fuerunt septem: primi rerum potiti s<unt> Assyrii, deinde  
5 Medi, postea Persae, tum Lacedaemonii, dein Athenienses,  
post hos inde Macedones, sic deinde Romani.

*Hunc Ampelii locum cum Aemilio Sura iam contulit  
Aßm. '41 ad locum.*

*Tota haec locorum complexio ideo alicuius videtur esse  
10 momenti, quod admodum dilucide indicat Trogum in opere  
conscribendo non solum ad singulas narrationis res exornan-  
das, sed etiam in dispositione totius materiae quibusdam  
antecessoribus prodromisque praeter Graecos etiam Latinis  
uti potuisse, praesertim cum alioquin Trogum praeter Li-  
15 vium, Sallustium, Vergilium etiam Varronem – ut in hac re  
potissimum saltem nominem, cum de Sura aliisque eiusmodi  
auctoribus (nam Suram unicum fuisse fortuitam eius apud  
Velleium mentionem deliberanti vix sit credibile) parum per-  
spectum constet – haud ignoravisse aegre infitiandum sit.*

20. a. Ampel. 11, 3

20 Samiramis Dercetis nym-  
phae filia, <a> columbis  
educta, uxor Nini regis,  
cuius post mortem regnum  
Nini ampliavit armis; In- 35  
25 diam quoque parum pro-  
spera expeditione temptavit.  
Haec urbem pulcherrimam  
omnium quae unquam fue-  
runt Babylona constituit su- 40  
30 pra flumen Eufraten.

b. Iust. 1, 1, 10 – 2, 9

(Ninus) decessit relicto...  
Ninia et uxore Samiramide.  
haec ... (5) magnas deinde  
res gessit ... Haec Baby-  
loniam condidit... Multa  
et alia praeclara huius re-  
ginae fuere ... et Indis bel-  
lum intulit, quos praeter il-  
lam et Alexandrum Magnum  
nemo intravit. Ad postre-  
mum ... interfecta est, duos  
et XXX annos post Ninum  
regno potita.



## HISTORIAE PHILIPPICAE

### c. Anecd. Rue.

Laur. 4—19

Bamb. 3—17

<p>... Ninus rex Assyriorum primus bella intulit adque regna primus imperavit. primus ter-                  5 minus populos usque ad Lybiam 40 perdomuit. ad postremum cum Ioastra rege Bacterianorum qui dicitur primus invenisse artes magicas et mundi principia side-                  10 rumque motus diligentissime 45 scrutasse. ipso occiso et ipse Ninus postea discessit; qui relicto inpu-                  be filio nomine Nino et uxore Samirame. qui et ipsa                  15 Samiramis nec inmaturo puero 50 ausa est credere imperium ipsa se pro puero aptat ipsaque orna-                  menta et vestis femineae relicta baronilem composuit. quem mo-                  20 rem universae gentis ad videndum 55 usque in presens tenet. sicque femina sexum femine mentita puer esse credita nec ipsam digni-                  tatem regni admisit. sed admira-                  25 tionem multum adauxit quod 60 mulier in prelio ante viros iret. hec Babyloniam condidit sibi et aedificavit. Aethiopiam et Asiam imperio suo subiugavit et in In-                  30 dis bellum intulit, quod praeter 65 illam et Alexandrum Magnum ducem nemo postea ausus fuit introire. quadragesimo anno et secundo post Ninum regnum po-                  35 tita tenuit.</p>	<p>... Ninus fuit rex primus qui regnavit super Assyrios. ante illum omnes gentes in pace erant. ipse caepit pugnare et primam pugnam fecit cum Zoroastrae rege Bactrianorum, qui fuit magus, et occidit eum. predictus vero Ninus cum sederet super unam civitatem de terra Asiae et pugnaret ibi percussus de sagitta mortuus est. sed dimisit filium nomine Ninum adhuc puerum et matrem eius nomine Samiramis. illa autem timuit cedere ipsum regnum filio suo eo quod non erat de legitima aetate, sed ipsa proiecit feminea vestimenta et vestivit se baronilia. et sic cum esset femina apparebat quasi puer et in pugnam ante omnes ibat. et erat magna admiratio quod femina iret in pugnam ante viros. haec femina fecit Babiloniam et subiugavit Asiam et Aethiopiam sub suo regno, pugnavit in India. ab illo tempore nemo ausus fuit ibi intrare nisi postea magnus Alexander solus. ita vero Samiramis per quadraginta et duos annos post mortem sui mariti regnum tenuit.</p>
--	--

*cf. Rue. Anecd. p. 567 sq. Oros. 1, 4 (StudIt. XII 1935, 38 sq.).*

### 21. a. Anecd. Rue.

Laur. 19—20

75 Bamb. 17—18

70 postea per multos annos effeminati fuerunt reges Assyriorum quidem ...

postea vero per multos annos feminae regnum Assyriorum tenuerunt.

### b. Iust. 1, 2, 11—13.

Filius eius Ninias ... in feminarum turba conuenit. Posterique quoque eius id exemplum secuti ...



22. a. Ampel. 11, 4

b. Iust. 1, 3, 1–5

Sardanapallus qui ob nimias delicias et luxuriam perditio regno, ne in potestate hostium veniret, cum exoletis suis venenum bibit et igni subiecto cum regia sua conflagavit.

Postremus . . . regnavit Sardanapallus, vir muliere corruptior . . . Fit igitur coniuratio . . . Victus in regiam se recepit, ubi extracta incensaque pyra et se et divitias suas in incendium mittit, hoc solo imitatus virum.

(Cum ultimis Iustini verbis cf. Ktesias fr. 20 M.: ὁ μὲν οὖν Σαρδαναπάλλος, ἐκτόπως ἠδυναθήσας, ὡς ἐνῆν γενναίως ἐτελεύτησε.)

23. a. Ampel. 12, 1

b. Iust. 1, 3, 6

Arbaces primus rex qui eversas Assyriorum opes luxuria Sardanapalli transtulit <ad Medos\*\*\*> eosque iustissime rexit.

Post hunc (sc. Sard.) rex constituitur interfector eius Arbactus, qui praefectus Medorum fuerat. Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert.

24. a. Val. Max. 1, 7 ext. 5

b. Iust. 1, 4, 1–7

. . . (Cyri) ortus ad imperium totius Asiae spectantis maternus avus Astyages duo praenuntios somnii frustra discutere temptavit, Mandanen filiam suam, quod in quiete viderat urinam eius omnes Asiaticas gentes inundasse, non Medorum excellentissimo, ne in eius familiam regni decus transferretur, sed Persarum modicae fortunae viro conlocando natumque Cyrum exponi iubendo, quia similiter

. . . regnum ad Astyagen descendit. Hic per somnum vidit ex naturalibus filiae, quam unicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbraretur. Consulti arioli . . . regnique ei amissionem portendi responderunt. Hoc responso exterritus . . . Cambysii, mediocri viro, in matrimonium tradidit. Ac



quietis temporibus existimave- 10 ne sic quidem somnii  
 rat genitali parte Mandanes ena- metu deposito gravidam  
 tam vitem eo usque crevisse, do- ad se filiam arcessit, ut...  
 nec cunctas dominationis suae partus necaretur. Natus  
 5 partes inumbraret: frustratus infans datur occidendus  
 est enim se ipse nepotis felicita- 15 Harpago... Is... pastori  
 tem caelestium iudicio destina- regii pecoris puerum ex-  
 tam humanis consiliis inpedire ponendum tradit...  
 conando.

*Duo somnia praebent etiam Herodot. I 107 sqq. et Charo  
 Lamps. FgrHist. 262 F 14. Iustinum narrationem Trogi  
 20 contrahendo ratione spoliavisse apparet (cf. vGu. Kl.  
 Schr. V 33).*

25. a. Frontin. strat.  
 1, 11, 19

Cyrus rex Persarum ut  
 concitaret animos popu- 40  
 larium, tota die in exci-  
 25 denda silva quadam eos  
 fatigavit; deinde postridie  
 praestitit eis liberalissimas  
 epulas et interrogavit, utro 45  
 magis gauderent. cumque  
 30 ei praesentia probassent:  
 'atqui per haec', inquit,  
 'ad illa perveniendum est;  
 nam liberi beatique esse, 50  
 nisi Medos viceritis, non  
 35 potestis'; atque ita eos ad  
 cupiditatem proelii conci-  
 tavit.

b. Iust. 1, 6, 4—7

(Cyrus) convocato populo  
 iubet omnes praesto cum se-  
 curibus esse et silvam viae  
 circumdatam excidere. Quod  
 cum strenue fecissent, eosdem  
 postera die adparatis epulis  
 invitat; dein cum alacriores  
 ipso convivio factos videret,  
 rogat: si condicio ponatur,  
 utrius vitae sortem legant,  
 hesterni laboris an praesen-  
 tium epularum. 'Praesentium'  
 ut adclamavere omnes, ait  
 hesterno similem labori om-  
 nem vitam acturos, quoad  
 Medis pareant; se secutos  
 hodiernis epulis. Laetis omni-  
 55 bus bellum Medis infert.

*cf. Herodot. 1, 125 sqq. et Polyæn. 7, 6, 7, qui in eo tantum  
 differunt, quod apud eos pro securibus δρέπανα et pro silvis  
 χώρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης praebetur; Frontinus cum  
 Trogo consentit „so wörtlich . . ., daß er aus Trogus geschöpft  
 60 haben muß“ (vGu. Kl.Schr. V 37).*



26. a. Frontin.

strat. 2, 8, 14

Philippus veritus, ne impetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos equitum a tergo posuit praecepitque, ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur, perseverantius abeuntes trucidarent; qua denuntiatione cum effecisset, ut etiam timidissimi mallent ab hostibus quam ab suis interfici, victoriam adquisivit.

b. Iust. 1, 6, 10–13.

... Astyages ... in Persas proficiscitur et ... pugnantis suis partem exercitus de tergo ponit et tergiversantes ferro agi in hostes iubet ac denuntiat suis, ni vincerent, non minus fortes post terga inventuros, quam a frontibus viros; proinde videant, fugientibus haec an illa pugnantis acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui eius accessit. Pulsataque cum Persarum acies ...

*Strategema ab Astyage ad Philippum migravisse videtur, quod in exemplis saepe occurrit.*

27. a. Ampel.

12, 2

Astyages vir fortis et iustus qui per insidias victus a Cyro est, et dissolutum est Mediae regnum.

b. Iust. 1, 6, 16

... In eo proelio Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit nepotemque in illo magis quam victorem egit, eumque maximae genti Hyrcanorum praeposuit. Nam in Medos reverti ipse noluit.

c. Anecd. Rue.

Laur. 20–28

postremum ad Astiagem regnum Persarum et Medorum succedit. Qui et ipse ex unica filia quam habebat nepotem futurum sibi suscepit, qui nomen accepit Cyrus. qui cum cognovisset Cyrus insidias Astiagem adversus se\*\* in Persas fugiit. bellum contra Astiagem

Bamb. 18–24

deinde pervenit regnum Persarum et Medorum ad quendam regem nomine Astiagen, qui habuit nepotem nomine Cyrum, qui cum cresceret et cognovisset aliquas insidias avi sui, quod eum vellet occidere, fugit in Persas et congregato exercitu de Persis



## HISTORIAE PHILIPPICAE

avum suum iniit. qui et in ipso bello Astiages a Cyro capitur, qui et postea regnum Medorum et Persarum Cyrus potitus tenuit. 5 tantamque pietatem Cyrus contra Astiagem habuit, ut eum in alium regnum postea restituit. cepit pugnare cum Astiage avo suo et appraehendit eum in ipsa pugna et tantam pietatem habuit super eum, ut in alium regnum illum constitueret. 10

28. a. Serv. Aen. 3, 108: ('Teucus Rhoeteas primum est advectus in oras'): TEUCRUS: de hoc fabula duplex 15 est; nam et de parentibus eius dupliciter traditur:

alii enim Curetis et  
Idaeae nymphae;

alii, inter quos et Trogus, Scamandri filium tradunt. qui Scamander cum Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exterarum sedes quaerendas profectus est, ab Apolline monitus, ibi eum habiturum sedes, ubi noctu a terrigenis oppugnatus esset. cum ad Phrygiam venisset et castra posuisset, noctu mures arcuum nervos et loramenta armorum adroserunt. Scamander hos interpretatus hostes esse terrigenas, in Idae montis radicibus aedificia collocavit. qui cum adversus Bebrycas finitimos bellum gereret, victor in Xantho flumine lapsus non comparuit, qui post a Cretensibus in honorem regis sui Scamander appellatus est, filioque eius Teucro regnum traditum. qui cives e suo nomine 40 Teucros appellavit, qui post a rege Troo Troiani dicti sunt, et templum Apollini constituit, quem Sminthium appellavit;



Cretenses enim murem sminthi-  
cem dicunt.

alii non Scamandrum,  
sed Teucrum ipsum sub  
5 condicione supradicti  
oraculi profectum de  
Creta dicunt, et civita-  
tem et templum condi-  
disse, et sminthos mu-  
10 res vocari a Phrygibus.

Tradunt praeterea nonnulli  
Dardanum a Teucro in Phrygia  
inventum filiam suam ei sociasse,  
et Dardanum populares suos  
15 socero cognomines fecisse.

quidam Teucrum Dar-  
dani filiam uxorem du-  
xisse tradunt, et ideo  
Teucros appellatos.

20 b. Serv. Aen. 1, 38 ('nec posse Italia Teucrorum avertere  
regem?'): . . . TEUCRORUM:

quia Teucer et Scaman-  
drus Creta profecti Troi-  
am venerunt. facta as-  
25 censione hospitio a Dar-  
dano accepti de advenis  
cives facti,

quia Batiam, Teuceri filiam,  
Dardanus sibi iunxit et popu-  
30 lares suos socero cognomines  
fecit.

*Primum Servii testimonium (3, 108) Dübner, in editione  
Parisina 1833 p. 222, cum narratione originum Creticarum  
libri 29 (cf. prol. libri 29) coniungendum esse duxit, primo  
35 probante vGu., Fragm. p. 192 („dahin nemlich gehört das  
Stück nach Dübners wahrscheinlicher Vermutung“); postea  
autem vGu. aliter et quidem, ut mihi videtur, rectius iudicavit  
(Kl.Schr. V 19 sqq.) hoc fragmentum libro Trogi primo*



adnumerandum et inter descriptionem amissam (cf. Herodot. 1, 141) Ionicarum et Aeolicarum urbium, scilicet ante Iust. 1, 7, 8–10, inserendum esse; idem sagaciter distinxit duas versiones et adiunxit secundum Servii testimonium (1, 38):  
 5 quae sinistra columna leguntur, eis auctoribus, inter quos et Trogus, tribuenda sunt (notanda sunt verba cognomines fec... repetita), dextera columna reddit versionem alteram (inter se leviter discrepantem). Hanc rem a Trogo inter narrationem libri primi tactam esse ideo verisimilius  
 10 est, quod ex aliis auctoribus idem narrantibus et cum Trogi fonte, quocumque modo, cohaerentibus (scil.: Strabo XIII p. 604; Aelian NA XII 5; Polemon fr. 31, FHG III p. 124 Müller, Schol. Ven. Il. A 39, accedunt Tzetzes, Eustath., Clem. Alex. Protrept., Schol. Aristot. Rhet. II, de quibus cf. vGu. Kl. Schr. V 45 sqq.) apparet a Servio excerptam esse e maiore  
 15 continuatione, quae rettulit de origine nominis templi Sminthei apud Hamaxiton, unam de triginta urbibus Aeolicis sub radicibus montis Idae sitis. Nihilominus idem fragmentum etiam ad librum 29 fortasse nonnullius sit momenti, cf. infra  
 20 fr. 134.

Ceterum fortasse addendum est id, quod Plin. nat. 10, 185 sq. de muribus Troadae narrat quodque vGu. Trogi operi de animalibus attribuit: cf. supra fr. 8.

29. a. Iord. Get. 10, 61sq.

b. Iust. 1, 8

Tunc Cyrus rex Persarum 35  
 25 post grande intervallum et paene post DCXXX annorum tempora Pompeio Trogo testante Getarum reginae Thomyre sibi exitiabile in- 40  
 30 tulit bellum. qui elatus ex Asiae victoriis Getas nititur subiugare, quibus, ut diximus, regina erat Thomyris. quae cum ab Araxe amne 45

Cyrus subacta Asia et universo Oriente in potestatem redacto Scythis bellum infert. Erat eo tempore regina Scytharum Tamyris, quae non muliebriter adventu hostium territa cum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset, transire permisit, et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos



Cyri arcere potuisset acces-  
sum, transitum tamen per-  
misit, elegens armis eum vin-  
cere quam locorum beneficio  
5 submovere; quod et factum  
est. et veniente Cyro prima  
cessit fortuna Parthis in tan-  
tum, ut et filium Thomyris 40  
et plurimum exercitum truci-  
darent. sed iterato Marte Ge-  
10 tae cum sua regina Parthos  
devictos superant atque pro-  
sternunt opimamque prae- 45  
dam de eis auferunt, ibique  
15 primum Gothorum gens se-  
rica vidit tentoria.

e. Frontin. strat. 2, 5, 5 50

Tomiris Scytharum re-  
gina Cyrum Persarum ducem  
aequo Marte certantem simu-  
20 lato metu elicuit ad notas  
militi suo angustias atque  
ibi, repente converso ag-  
mine, natura loci adiuta de-  
vicit.

d. Val. Max. 9, 10 ext. 1a 60

25 Clarae ultionis . . . To-  
myris, quae caput Cyri ab-  
scisum in utrem humano san-  
guine repletum demitti ius-  
sit exprobrans illi insatia-  
30 bilem cruoris sitim simulque  
poenas occisi ab eo filii sui  
exigens . . . (*cf. fr. 131a*).

rata et hostibus obiectu flu-  
minis fugam difficiliorem.  
Itaque Cyrus traiectis copiis,  
cum aliquantis in Scy-  
thiam processisset, castra  
metatus est. Dein postera  
die simulato metu, quasi  
refugiens castra deseruisset,  
ita vini adfatim et ea, quae  
epulis erant necessaria, reli-  
quit. Quod cum nuntiatum  
reginae esset, adolescentu-  
lum filium ad insequendum  
eum cum tertia parte co-  
piarum mittit. Cum ventum  
ad castra Cyri esset, ignarus  
rei militaris adulescens, ve-  
luti ad epulas, non ad proe-  
lium venisset, . . . barbaros  
vino se onerare patitur . . .  
cognitis his Cyrus reversus  
per noctem saucios opprimit  
55 omnesque Scythas cum re-  
ginae filio interfecit. Amisso  
tanto exercitu et . . . unico  
filio Tamiris orbitatis do-  
lorem non in lacrimas ef-  
fudit, sed in ultionis solacia  
60 intendit hostesque recenti  
victoria exultantes pari in-  
sidiarum fraude circum-  
venit; quippe simulata dif-  
fidentia propter vulnus ac-  
ceptum refugiens Cyrum ad  
angustias usque perduxit.  
Ibi conpositis in montibus  
insidiis ducenta milia Per-



HISTORIAE PHILIPPICAE

e. Ampel. 13, 1

Cyrus rex fortissimus qui  
maiore parte Asiae subacta  
Europam quoque inrupis-  
set, ni a Tomyri Scytharum  
5 regina victus oppressusque  
esset.

sarum cum ipso rege truci-  
davit. . . . Caput Cyri ampu-  
tatum in utrem humano  
10 sanguine repletum coici re-  
gina iubet cum hac exprobra-  
tione crudelitatis: 'satia te'  
inquit 'sanguine, quem siti-  
sti cuiusque insatiabilis sem-  
15 per fuisti'. Cyrus regnavit  
annis XXX, non initio tan-  
tum regni, sed continuo to-  
tius temporis successu ad-  
mirabiliter insignis.

f. Anecd. Rue.

20

Laur. 28—56

Cyrus quoque post victoriam  
conpositis rebus suis in Babyl-  
loniam bellum intulit in Lydiam  
cum Cressum regem Lydie. qui  
25 et ipsam Lydiam cum ipso rege  
perdomuit. deinde Cyrus subacta  
Asiam in potestatem bellum in  
Exitis intulit. erat eo tempore re-  
gina Exitarum Tameris viduitate  
30 viri orbata, qui non muliebriter  
adventum hostium terruit, sed  
audaciter bellum intulit. cum  
prohibere transitu Arasis flu-  
vius potuisset transire Cyrum  
35 cum exercitu Persarum per-  
misit. itaque Cyrus in Exitia  
castra metatus est. qui postera  
die simulato metu Cyrus quasi  
refugiens castra deseruit vinum-  
40 que ebolis qui erant in castra  
dereliquit. qui cum regine nun-  
tiatum fuisset, aduliscentulum  
filium quem unicum habebat cum  
tertia parte copiarum hostium ut  
45 Cyrus persequeretur misit. qui  
cum adulescens ad castra Cyri  
pervenisset ignarus non consue-

Bamb. 24—52

Cyrus vero post victoriam pugna-  
vit contra Babiloniam et contra  
Crassum regem Libiae et subiugavit  
sibi Libiam cum ipso rege.  
deinde cum subiugasset sibi et  
Asiam, pugnavit cum Scithis, ubi  
regnabat regina Tameris, que erat  
vidua. ipsa vero Tameris regina  
non expavit sicut mulier de ad-  
ventu ipsius Cyri, sed fortiter  
praeparavit se ad pugnam. et si  
voluisset potuit contendere ad  
fluvium Ararim, ut non dimit-  
teret Cyrum in suum regnum in-  
trare. sed propter fiduciam quam  
habebat in multitudine populi et  
propter loca districta, quae habe-  
bat, dimisit eum transire ipsum  
fluvium. Cyrus cum transisset,  
non longe ab ipso flumine posuit  
castra sua, alia vero die replevit  
castra, que vulgo aliperga dicun-  
tur, de vino et de omnibus deli-  
ciis et finxit se fugere. hoc cum  
audisset Tameris regina, filium  
suum mandavit cum populo ad  
75 persequendum Cyrum. ille au-



tudo prelii pctat se velut ad  
 ebolas non proelium venisset. qui  
 Cyrus rem cognita, quod Exiti 35  
 castra sua prevaluissent ortatur  
 5 Persas ut per noctem super eos  
 veniant. Qui statim Cyrus rever-  
 sus per noctem saucios oppressit  
 omnisque Exitas qui ibidem ad- 40  
 erant cum regine filio interfecit.  
 10 prius Exiti ebrietatem victi fue-  
 runt quam prelium. Tameris re-  
 gina hoc cum cognovisset orbita-  
 tem filii non lacrimis effundit, sed 45  
 ultionem solacii ad praeliandum  
 15 intulit; ipsa se in fugam simulat  
 datam. qui usque ad angustias  
 montium Cyrum pertraxit. qui  
 conpositis in montibus insidiis 50  
 sicque praelium iniit et trecenta  
 20 triginta milia Persarum cum ipso  
 rege Cyro trucidavit. in qua vic-  
 toria etiam illo memorabile fuit  
 ut ne nuntius quidem exinde eva- 55  
 sit. caput Cyri amputadum in  
 25 utre humano sanguine repleto  
 coici regina iubit cum expro-  
 britatem dicebat: 'satia te san-  
 guinem humanum, impie, quod 60  
 setisti, quod semper insatiabilis,  
 30 impie, fuisti', sicque Cyro truci-  
 dato Tameris filium vindicato  
 regnum cum auctoritate tenuit.

tem cum pervenisset cum populo  
 suo ad ipsum alipergum, ceperunt  
 manducare et bibere, ut videretur  
 eis quasi ad prandium venissent,  
 non ad pugnam. Cyrus autem  
 noctis tempore veniens super  
 illos omnes in ipso alipergo occi-  
 dit, aetiam et ipsum filium regi-  
 nae. Tameris regina hoc audiens  
 non dedit se in planctum pro  
 morte filii sui, sicut consuetudo  
 est mulieris, sed congregato exer-  
 citu ivit ad persequendum Cy-  
 rum. cumque iam prope illum  
 esset, finxit se fugere, ille vero  
 reversus cepit eam persequi. illa  
 protraxit eum usque ad districta  
 loca montium et posuit ei ibi in-  
 sidias et sic cum eo cepit pugnare  
 et trecenta tria milia Persarum  
 cum ipso rege occidit. unde ae-  
 tiam nec unus ex eis fugit, qui  
 nuntium exinde portaret. caput  
 Cyri fecit decollari et in utrem  
 plenum de humano sanguine mi-  
 sit et cum inproperio dicebat:  
 'sacia te, impie, de sanguine hu-  
 mano, quem sitisti, de quo per  
 annos triginta insaciabilis fuisti',  
 sicque mortuo Cyro Tameris re-  
 gina filium suum vindicavit et  
 regnum cum auctoritate tenuit.

65 g. cf. Explan. in Don. II gramm. IV 565, 24: Iustinus,  
 abbreviator pampegi Trogi refert reginam . . . dixisse 'satia  
 te sanguine, quem tam diu sitisti'.

*Jordanis verba post grande intervallum et paene post ses-  
 centorum triginta annorum tempora Trogo abiudicanda et  
 70 ad fontem antecendetis capitis (Dionis Getica) referenda,  
 verba quibus ut diximus regina erat Thomyris ut glossema  
 reicienda esse notavit vGu. Fragm. 196 sq., qui addit „Da  
 durch Fr. 6“ (sc. Biel., hic fr. 157a) „des Jordanes Bekannt-  
 schaft mit dem Originalwerke des Trogus unwiderleglich fest-  
 75 steht, eine Benutzung des Justin dagegen nicht nachweisbar*



HISTORIAE PHILIPPICAE

*ist, so kann ich Osann durchaus nicht beipflichten, der in unserem Fragment ein bloßes Excerpt aus Iust. I 8 sieht . . .*.  
*Ad verba Anecdoti cf. Rue. Anecd. p. 567 sqq., qui separare studuit, quantum ad Trogum reduci possit et quae ei abiudicanda sint. Ad nomen fluminis: Araxes cf. Claudian. bell. Gildon. 31 et ea, quae F. Klingner, Hermes 62 1927, 135 notavit ad Vergil. ecl. 1, 64 sqq.*

30. a. Ampel. 13, 2

Cambyses filius nequam  
 Cyri qui cum LXX milia  
 10 hostium subegisset in Aegypto et regem eius Amasin, Aethiopiam profectus  
 magna parte militum per  
 famem amissa inritus red-  
 15 iit; urbem tamen ibi condidit Meroen. is qui <a> Apin  
 sacrum bovem interfici iusserat, ira deorum ex equo  
 praiceps super gladium  
 20 suum ruit extinctusque est.

b. Iust. 1, 9, 1—8

Huic successit filius Cambyses, qui imperio patris Aegyptum adiecit; sed offensus superstitionibus Aegyptiorum Apis ceterorumque deorum aedes dirui iubet. Ad Hammonis quoque nobilissimum templum expugnandum exercitum mittit, qui tempestatibus et harenarum molibus oppressus interiit . . . Interim ipse gladio sua sponte evaginato in femur graviter vulneratus occubuit poenasque luit  
 35 seu imperati parricidii seu perpetrati sacrilegii.

c. *Quae Ampel. 30 (Initium regni Mithridatis) fusius de Cambyse, de falso Smerde deque insequentibus rebus narrat, non e Trogo, sed e Sallustii Historiis mutuata videntur (cf. 40 vGu. Kl.Schr. V 57 sqq.; Aßm. '41, 328); notandum sane est Ampelium expeditionis Aethiopicae et 13, 2 et 30 mentionem facere, ut conicias et Sallustium et Trogum de ea re narravisse; ceterum uterque ultimo loco ad Herodotum redit, sed Sallustius artius cum Herodoto cohaerere videtur, apud Tro-*  
 45 *gum autem plures fontes intermedios (inprimis Charonem Lamps. et Deinonem) intercedere verisimile est; cf. etiam infra fr. 151.*



31. a. Val. Max. 3, 2 ext. 2

b. Iust. 1, 9, 22 sq.

Age Darei quantus ardor 15  
 animi! qui, cum sordida et  
 crudeli magorum tyrannide  
 Persas liberaret unumque ex  
 5 his obscuro loco abiectum cor-  
 poris pondere argueret, prae- 20  
 clari operis socio plagam ei  
 inferre dubitanti, ne, dum  
 magum petit, ipsum vulnera-  
 10 ret, 'tu vero' inquit, 'nihil est  
 quod respectu mei timidius 25  
 gladio utaris: vel per utrum-  
 que illum agas licet, dum hic  
 quam celerrime pereat'.

Ipsi (*sc. magi*) tamen  
 corripuntur a pluribus (*sc.*  
*coniuratorum*), quorum al-  
 terum Gobryas medium  
 amplexus, cunctantibus so-  
 ciis, ne ipsum pro mago  
 transfoderent, quia res ob-  
 scuro loco gerebatur, vel per  
 suum corpus adigi mago  
 ferrum iussit. Fortuna ta-  
 men ita regente illo inco-  
 lumi magus interficitur.

*Apud Valerium Max. exemplum a Gobrya ad Dareum trans-*  
*latum est, ut efficacius sit, si notior coniuratorum tantam forti-*  
*tudinem praestaret; apud Herod. 3, 78 Dareus ipse gladio in*  
 30 *ambos luctantes invehatur; apparet igitur Valerium ipsum*  
*Dareum aggressorem repperisse, et hanc Trogi versionem a*  
*Iustino, qui de pluribus sociis loquitur, obumbratam esse;*  
*Iustinus Dareum demum 1, 10, 6 primum nominat.*

32. a. Val. Max. 7, 3 ext. 2

b. Iust. 1, 10, 1—9

Sordida magorum domina-  
 35 tione oppressa Darius sex adiu-  
 toribus eiusdem dignitatis ad-  
 sumptis pactum cum praeclari  
 operis consortibus fecit ut 50  
 equis insidentes solis ortu cur-  
 40 sum in quendam locum dirige-  
 rent,isque regno potiretur, cuius  
 equus in eo primus hinnisset.  
 ceterum maximae mercedis con- 55  
 petitoribus fortunae beneficium  
 45 expectantibus solus acumine

Occisis magis . . . (prin-  
 cipes) viam invenerunt,  
 qua de se iudicium reli-  
 gioni et fortunae com-  
 mitterent, pactique inter  
 se sunt, ut die statuta  
 omnes equos ante regiam  
 primo mane perducerent,  
 et cuius equus inter solis  
 ortum hinnitum primus  
 edidisset, is rex esset . . . .  
 Et erat inter coniuratos



equisonis sui Oebaris prosperum exoptatae rei effectum adsecutus est, qui in equae genitali partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admovit. quo odore irritatus ante omnes hinnitum edidit, auditoque eo sex reliqui summae potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt. quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento!

e. Ampel. 13, 3a

Darius rex unus ex septem Persis hinnitu equi regnum adsecutus . . .

d. cf. Ampel. 30, 4—5  
(cf. supra ad fr. 30):

deinde mago Smerde intercepto constituerunt uti excepto posthac Potane ex illis regnaret cuius equus primus in loco quem delegissent hinnisset. tunc Hiberes agaso Darî equum domini ad locum praedictum duxit; ille alioloco abscondit\*\*\* tunc equus Darii magnum hinnitum dedit. ita Darius regnum optinuit . . .

*Apud Valerium alius dolus narratur atque apud Iustinum; Herodot. 3, 84—87 utrosque dolos praebet (cf. 87: οἱ μὲν δή φασι τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι, οἱ δὲ τοιάδε — καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρω λέγεται ὑπὸ Περσέων . . .); attamen Valerius Max. non ex Herodoto pendet, ut qui narret res, quae*

Darius, Hystaspi filius, cui de regno sollicito equi custos ait, si ea res victoriam moraretur, nihil negotii superesse. Per noctem deinde equum pridie constitutam diem ad eundem locum ducit ibique equae admittit, ratus ex voluptate Veneris futurum quod evenit. Postera die itaque, cum ad statutam horam omnes convenissent, Darii equus cognito loco ex desiderio feminae hinnitum statim edidit et segnibus aliis felix auspiciam domino primus emisit. Tanta moderatio ceteris fuit, ut audito auspicio confestim equis desilierint et Darium regem salutaverint.



quidem cum Iustino, sed non cum Herodoto consentiant; alia, quae apud Herodotum occurrunt, velut miraculum fulminis, apud utrumque Latinum desunt; ea communi Latino fonti, sc. Trogo, vindicanda esse neque demonstrandum neque veri-  
 5 simile est, praesertim cum finis narrationis (quam parvo—tam levi . . .) miraculum excludere videatur; quare conicere licet Valerium quoque ex Trogo hausisse, qui ergo utramque versionem simili modo atque Herodotus narravisse videtur; cf. Crohn p. 10; similia iam occurrerunt in comparatione Val.  
 10 Max. 1, 7, ext. 5 cum Iust. 1, 4, 1–7, supra fr. 24.

33. Ampel. 32 b 3

Polycrates qui a praefecto Darii regis occisus est; subest narratio Herodoti 3, 125/7; arbitrari licet etiam hic Trogum fontem Ampelii fuisse; ex eo sequeretur historiam Polycratis, qualem Herodotus l. c. praebet, a Iustino praetermissam esse;  
 15 inserenda esset inter 1, 10, 14 et 15, ante verba interiecto deinde tempore.

34. a. Frontin. strat. 3, 3, 4

b. Iust. 1, 10, 15–22

Cyrus Persarum rex comitem suum Zopyrum, explorata eius fide, truncata de industria facie, ad hostes dimisit. ille adsentante iniuriarum fide creditus inimicissimus Cyro, cum hanc persuasionem adiuveret procurando propius, quotiens acie decertaretur, et in eum tela dirigendo, commissam sibi  
 20 30 35 40  
 Babyloniorum urbem tradidit Cyro.

. . . cum Assyrii . . . Babyloniam occupassent . . . aestuante rege . . . Zopyrus domi se verberibus lacerari toto corpore iubet . . . atque ita . . . transfugae titulo Babyloniam proficiscitur. Ibi . . . queritur crudelitatem regis . . . hortatur . . . patianturque se commune bellum gerere . . . Postremo . . . exercitum Dario prodit urbemque ipsam in potestatem eius redigit.

cf. Herodot. 3, 153 sq.; Plut. apophth. reg. et imp. Darei 4;  
 45 Polyæn. 7, 13 (Gundermann, Conspectus locorum in Frontini editione, 1888, 152).



HISTORIAE PHILIPPICAE

lib. 2

Prol. libri 2: Secundo volumine continentur haec: Scythiae et Ponti situs originesque Scythiae usque ad bellum, quo est inde pulsus Darius: qui post hanc fugam Graeciae bellum intulit per Datim et Tisaphernem, quod soli Athenienses sustinuere. Hic origines Athenarum repetitae et reges usque Pisistrati tyrannidem, qua extincta Marathone vicere Persas. Ut mortuo Dario filius eius Xerxes bellum Graeciae intulit: ac repetitae origines Thessaliae: expulsoque Graecia Xerxe bellum ab Atheniensibus translatum in Asiam usque ad Xerxis interitum.

35.

a. Anecd. Rue.

b. Iust. 2, 1-3

<p>Laur. 134-164</p> <p>Exiti antiquioris populus; hominibus in terrae nulli finis. Exitia in oriente est posita et interclusa est (sicut et Gothia. qui primus eam regionem. Magog filius Iafeth eam incoluit. Exitia. Magog. Gog et Magog nuncupantur). nullum agrum exercent. nullus celus inter eos furto gravius. nulla domus nisi sola tentoria. lacte et melle vescuntur. vestem lanificie ignoti, sed &lt;pe&gt;llis ferarum morenarum ad vestimenta utendo. aurum et argentum nimis sicut lapidis ibidem invenitur et multa alia gemmarum diversitas et pigmentarum immensitas apud eos abundans</p>	<p>Bamb. 121-147</p> <p>Scithe antiquiores populi et est posita Scithia in oriente et interclusa est (sicut et Gothia). nam ab uno latere mare, ab alio montes Riphey, a dorso Asia et Tanais fluvius. (Primum in ea habitavit Magog filius Iafet) et dicunt quidam, ut aliquando fuisset gens sapiens et mansueta. aetiam nec campos laborabant et nullum peccatum erat inter eos. non habebant domos, sed tantum lac et mel</p>	<p>... ab origine...: Scytharum gens antiquissima...; (2, 2, 1) Scythia autem in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, ab altero montibus Rhiphaeis, a tergo Asia et Phasi flumine. Multum in longitudinem et latitudinem patet. Hominibus inter se nulli fines. Neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est, armenta et pecora semper pascentibus... Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto gravius... Aurum et argentum</p>
---	---	---



dabilis. nihil alienum concupiscent, quia ibi omnis divitiarum copiosum est. pecora et alim<sup>5</sup> menta immensitas, nullusque vitius inter Exitas est, sed solus matrimonius. apud nullis hominibus alienis imperium fuerunt superati. Darius rege Persarum Exitas turpiter fugaverunt. deinde Cyrum rege Persarum cum trecenta milia de exercitu suo ipsum simul Cyrum trucidaverunt. Alexandrum Magnum ducem qui orbe terrarum totum per<sup>20</sup> praelia caepit ipsum turpiter fugaverunt. a Romanis arma audierunt, nam non senserunt. gens laboribus et bellis aspera, viri corpore immense, nulli tam fortis nihil habent, quod admittere dubitent. et victoris quando fiunt prae<sup>30</sup> ter gloriam eorum nulla concupiscunt. nulla gens Exitarum terminus post Cyrum et Darius et Alexandrum Magnum ducem nemo ausus est introire. (Amazonis feminas quos nunc audistis quia et aliquando iuxta Exitia Epheso tenuerunt ex Exitis processerunt. et ibi iuxta Exitia per septingentis annis ipsoque regno tenuerunt. et sic ferunt<sup>45</sup> quod usque ad Iulio Cesare perduraverunt). gens Exitarum aspera, ad praeliandum per aequis velocissimi, toti loricato corpore, crura ferro tegent, in capite gauducabant. vestiti erant de pellibus ferarum. aurum et argentum et gemmas sicut lapides habebant et pigmenta multa. non concupiscebant aliena, quia omnes divites erant. animalia et victualia multa habebant. non erant fornicatores, sed solummodo suas habebant. et a nullo imperio superati sunt. postea, ut dicunt quidam, ad tantam crudelitatem pervenit iam dicta gens, ut carnem humanam manducaret et sanguinem biberet. Darius regem cum turpitudine fecerunt fugere predicti Scythae et perdidit ibi Darius centum milia hominum et sic cum timore fugit in Persas. et Cyrum regem Persarum cum trecentis milibus Persarum occidit. Alexandrum Magnum, qui multa regna pugnando sibi subiugavit, ipsum turpiter fugaverunt. pugnas Romanorum audiverunt, sed Romani cum eis non pugnave- non perinde ac reliqui mortales appetunt. Lacte et melle vescuntur. Lanae usus ac vestium ignotus... pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur. Haec continentia illis morum quoque iustitiam edidit nihil alienum concupiscentibus... prorsus ut admirabile videatur hoc illis naturam dare, quod Graeci longa sapientium doctrina praeceptisque philosophorum consequi nequeunt, cultosque mores incultae barbariae conlatione superari. Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio quam in his cognitio virtutis. (2, 3, 1) Imperium Asiae terquaesivere; ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. Darius regem Persarum turpi ab Scythia submoverunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt, Alexandri Magni ducem Zopyriona pari ratione cum copiis universis deleverunt. Romanorum audire, non sensere arma. Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt (cf. 2, 1, 2 et Iord. 6, fr. 36). Gens laboribus et bellis aspera, vires corporum immensae;



HISTORIAE PHILIPPICAE

leas aureas utent. (hec sunt Exiti, ex progenie Iaphet filii Noe, qui genuit Magog qui et ipsam 20 regionem. Magog filius Iaphet eam primus incoluit). Exitia in oriente est posita, includitur ab uno latere Ponto, ab alio 25 latere monte Rifeis, a tergo Asia, Thesaise flumine includitur. sicque Exiti ab nullis hominibus superati usque in 30 presens habitare videntur.

runt, quia gens nihil parare, quod amittere timeant, nihil victores praeter gloriam concupiscunt.

e. cf. 37, 3, 2: (Mithridates) Scythas invictos antea, qui Zopyriona, Alexandri Magni ducem, cum XXX milibus armatorum deleverant, qui Cyrum... cum CC milibus trucidaverant, qui Philippum... fugientem ceperant, ... perdomuit.

d. 38, 7, 3 (oratio Mithridatis): Scythiam duos umquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium et Philippum, aegre inde fugam sibi expedissee...

35 trare infra terram illorum. (Amazones namque, quas audistis, aliquando de gente 40 Scitharum exierunt). predicta vero gens Scitharum dura erat ad pugnandum 45 super aequos, veloces omnes, loricati, tibias ferro circumdabant, in capite galeas aureas habebant. 50 (de ultimis enuntiatis cf. infra fr. 158)

e. cf. Curt. 10, 1, 44: Zopyrio, Thraciae praepositus, cum expeditionem in Getas faceret, tempestatibus procellisque subito coortis cum toto exercitu oppressus erat. Qua cognita clade Seuthes Odrysas, populares suos, ad 85 defectionem compulerat. Amissa propemodum Thracia



ne Graecia quidem (*sequitur magna lacuna a Freinshemio suppleta*).

*Ad interpretationem originum Scytharum cf., quoad rationes inter Iordanem et Trogum intercedentes, vGu. Kl.Schr. 5 V 73 sqq. et Fragm. p. 193 sqq.; quoad Anecdoton: cf. Rue. Anecd. p. 565 et 570 sq., qui inprimis monstravit excerptores cum eo fonte, qui ad Trogum redit, scilicet cum Cassiodoro, frustula quaedam alterius fontis, in quo Scythae ut crudeles barbari designantur et qui artissime cum Aethico Histro qui 10 dicitur coit, compilavisse; cf. inprimis ea, quae supra uncinis seclusi. Praeter lib. 2 etiam lib. 41, Scythis cum Parthis confusis, adhibitus est, cf. infra fr. 158.*

i. ad Iust. 2, 1, 8 (*de fecunditate Aegypti*) cf. supra fr. 3.

36. a. Iord. Get. 6—8

b. Iust. 2, 3, 8—2, 4, 33

Hic ergo Gothis moranti-  
 15 bus Vesosis, Aegyptiorum  
 rex, in bellum inruit, quibus  
 tunc Tanausis rex erat. quod  
 proelio ad Phasim fluvium, a  
 quo Fasides aves exortae in to-  
 20 tum mundum epulis potentum  
 exuberant, Tanausis Gotho-  
 rum rex Vesosi Aegyptiorum  
 occurrit, eumque graviter de-  
 bellans in Aegypto usque  
 25 persecutus est, et nisi Nili  
 annis intransmeabilis ob-  
 stetissent fluenta vel muni-  
 tiones, quas dudum sibi ob  
 incursiones Aethiopum Ve-  
 30 sosis fieri praecepisset, ibi in  
 eius eum patria extinxisset.  
 sed dum eum ibi positum non  
 valuisset laedere, revertens

Primus Scythis bellum  
 35 indixit Vezosis, rex Aegyp-  
 tius . . . (*adde 1, 1, 6: fuere  
 quidem . . . Vezosis Aegyp-  
 tius et Scythiae rex Tanaus,  
 quorum alter in Pontum al-  
 40 ter usque Aegyptum exces-  
 sit.*) sed Scythae . . . respon-  
 dent . . . non expectaturos  
 Scythas, dum ad se venia-  
 tur . . . nec dicta res morata.  
 45 Quos cum tanta celeritate  
 advenire rex didicisset . . .  
 in regnum trepidus se rece-  
 pit. Scythas ab Aegypto pa-  
 ludes prohibuere. Inde re-  
 versi Asiam perdomitam  
 vectigalem fecere . . . XV  
 annis pacandae Asiae inmo-  
 rati uxorum flagitatione re-



paene omnem Asiam subiugavit et sibi tunc caro amico Sorno, regi Medorum, ad persolvendum tributum subditos fecit. ex cuius exercitu victores tunc nonnulli provincias subditas contuentes et in omni fertilitate pollentes deserta suorum agmina sponte in Asiae partibus residerunt. ex quorum nomine vel genere Pompeius Trogus Parthorum dicit extitisse prosapiem unde etiam hodieque lingua Scythica fugaces quod est Parthi dicuntur (*cf. infra fr. 157*), suoque generi respondententes inter omnes paene Asiae nationes soli sagittarii sunt et acerrimi bellatores (*cf. 5, 43* Quorum studium fuit primum inter alias gentes vicinas arcum intendere nervis, Lucano . . . testante: Armeniosque arcus Geticis intendite nervis = *Luc. bell. civ. 8, 221*). de nomine vero, quod diximus eos Parthos, fugaces, ita aliquanti aethymologiam traxerunt, ut dicerent Parthi, quia suos refugerunt parentes (*e Dione haustum cf. Rue. Anecd. p. 573*). hunc ergo Tanausim regem Go-

vocantur . . . (*adde 2, 1, 2: . . . nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere, quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque, feminae autem eorum Amazonum regna condiderint . . .*). Sed apud Scythas medio tempore duo regii iuvenes, Plynos et Scolopitus, . . . iuventutem secum traxere et in Cappadociae ora iuxta amnem Thermodonta con-sederunt subiectosque Themiscyrios campos occupare. Ibi per multos annos spoliare finitimos adsueti conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum uxores cum viderent exilio additam orbitatem, arma sumunt finesque suos submoventes primo, mox etiam inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omisere, servitutem, non matrimonium appellantes. Singulare omnium saeculorum exemplum, ausae rem publicam augere sine viris; iam etiam cum contemptu virorum tuentur. Et ne feliciores aliae aliis viderentur, viros qui domi remanserant interficiunt. Ul-



thorum mortuum inter nu- 35 tionem quoque caesorum  
 mina sui populi coluerunt. coniugum excidio finitimo-  
 (7) post cuius decessum et rum consequuntur. Tum  
 exercitu eius cum succes- pace armis quaesita, ne ge-  
 5 sores ipsius in aliis partibus nus interiret, concubitus  
 expeditione gerentibus femi- 40 finitimorum ineunt. Si qui  
 nae Gothorum a quadam vi- mares nascerentur, interfi-  
 cina gente temptantur in ciebant. Virgines in eundem  
 praeda. quae doctae a viris ipsis morem, non otio neque  
 10 fortiter resisterunt hostesque lanificio, sed armis equis ve-  
 super se venientes cum ma- 45 nationibus exercebant, inus-  
 gna verecundia abigerunt. tis infantum dexterioribus  
 qua patratae victoria fretae- mammis, ne sagittarum iac-  
 que maioris audacia invicem tus impediatur; unde dictae  
 15 se cohortantes arma arri- Amazones. Duae his reginae  
 piunt elegentesque duas au- 50 fuere, Martesia et Lampeto,  
 dentiores Lampeto et Mar- quae in duas partes agmine  
 pesia principatui subroga- diviso, inclitae iam opibus,  
 runt. quae dum curam ge- vicibus gerebant bella, soli  
 20 runt, ut et propria defen- terminos alternis defenden-  
 derent et aliena vastarent, 55 tes, et ne successibus dees-  
 sortitae Lampeto restitit set auctoritas, genitas se  
 fines patrios tuendo, Mar- Marte praedicabant. Itaque  
 pesia vero feminarum ag- maiore parte Europae sub-  
 25 mine sumpta novum genus acta Asiae quoque nonnul-  
 exercitui duxit in Asiam 60 las civitates occupavere. Ibi  
 diversasque gentes bello su- Epheso multisque aliis urbi-  
 perans, alios vero pace con- bus conditis partem exerci-  
 cilians ad Caucasum venit, tus cum ingenti praeda do-  
 30 ibique certum tempus demo- mum dimittunt. Reliquae,  
 rans loci nomen dedit Saxum 65 quae ad tuendum Asiae im-  
 Marpesiae (unde et Vergi- perium remanserant, con-  
 lius: Ac si dura silex aut stet cursu barbarorum cum Mar-  
 Marpesia cautes [= *Aen.* 6, tesia regina interficiuntur.



HISTORIAE PHILIPPICAE

471], in eo loco, ubi post haec 35 Alexander Magnus portas  
constituens Pylas Caspias  
nominavit, quod nunc Lazo-  
rum gens custodit pro muni-  
5 tione Romana). hic ergo 40 certum temporis Amazo-  
nas commanentes confor-  
tati sunt. unde egressi et  
10 Alem fluvium, quod iuxta  
Gargaram civitatem prae- 45  
terfluit, transeuntes, Ar-  
meniam, Syriam Ciliciam-  
que, Galatiam, Pisidiam om-  
15 niaque Asiae loca aequa feli-  
citate domuerunt; Ioniam 50  
Eoliamque conversae dedi-  
tas sibi provincias effece-  
runt. ubi diutius dominantes  
20 etiam civitates castraque  
suo in nomine dicaverunt. 55  
Ephesi quoque templum Di-  
anae ob sagittandi ac ve-  
nandi studium, quibus se  
25 artibus tradidissent, effusis  
opibus mirae pulchritudinis 60  
condiderunt. tale ergo Scy-  
thiae genitae feminae casu  
Asiae regna potitae per cen-  
30 tum paene annos tenuerunt  
(*cf. Oros. 1, 16*) et sic de- 65  
mum ad proprias socias in-  
cautes Marpesias, quas su-  
perius diximus, repedarunt,

In huius locum filia eius Ori-  
thyia regno succedit, cui  
praeter singularem belli  
scientiam eximia servatae in  
omne aevum virginitatis ad-  
miratio fuit. Huius virtute  
tantum additum gloriae et  
famae Amazonum est, ut  
Herculi rex, cui duodecim  
stipendia debebat, quasi in-  
possibile imperaverit, ut ar-  
ma reginae Amazonum sibi  
adferret. Eo igitur profectus  
longis novem navibus comi-  
tante principum Graeciae  
iuventute inopinantes ad-  
greditur. Duae tum sorores  
Amazonum regna tracta-  
bant, Antiope et Orithyia;  
sed Orithyia foris bellum  
gerebat. Igitur cum Hercu-  
les ad litus Amazonum ad-  
plicuit, infrequens multitudo  
cum Antiope regina nihil ho-  
stile metuente erat. Qua re  
effectum est, ut paucae re-  
pentino tumultu excitae ar-  
ma sumerent facilemque vic-  
toriam hostibus darent. Mul-  
tae itaque caesae captaeque,  
in his duae Antiopae soro-  
res, Menalippe ab Hercule,  
Hippolyte a Theseo. Sed  
Theseus obtenta in prae-



in montem scilicet Caucasi. (cuius montis . . . non ab re arbitror tractum . . . describere . . . (*sequitur descriptio* 40 *ex Solino potissimum hausta inde a § 53 usque ad § 55*) et quia . . ., ad Amazonas, unde devertimus, redeamus:)

(8) Quae veritae ne eorum 45 prolis rarisceret, vicinis gentibus concubitus petierunt, facta nundina semel in anno, ita ut futuri temporis eadem die revertentibus in id ip- 50 sum, quidquid partus masculinum edidisset, patri redderet, quidquid vero feminei sexus nasceretur, mater ad arma bellica erudiret: sive, ut qui- 55 busdam placet, editis maribus novercali odio infantis miserandi fata rumpebant. ita apud illas detestabile puerperium erat, quod ubique 60 constat esse votivum. quae crudelitas illis terrorem maximum comulabat opinionis vulgatae. nam quae, rogo, spes esset capto, ubi indulgi 65 vel filio nefas habebatur? contra has, ut fertur, pugnavit Herculis, et Melanis pene plus dolo quam virtute subegit. Theseus vero 70 Hippoliten in praeda tulit, de qua et genuit Hypolitum.

mium captiva eandem in matrimonium adsumpsit et ex ea genuit Hippolytum. Hercules post victoriam Menalippen captivam sorori reddidit et pretium arma reginae accepit. Atque ita functus imperio ad regem revertitur. Sed Orithyia ubi conperit bellum sororibus inlatum et raptorem esse Atheniensium principem, . . . auxilium . . . a Sagylo rege Scythiae petit. . . . Post Orithyiam Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cum auxilium adversus Graecos ferret, magna virtutis documenta extitere. Interfecta deinde Penthesilea exercituque eius absumpto paucae, quae in regno remanserant, aegre se adversum finitimos defendentes usque tempora Alexandri Magni duraverunt. Harum Minithyia sive Thalestris regina concubitu Alexandri per dies tredecim ad subolem ex eo generandum obtento, reversa in regnum brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit. (*cf. infra fr. 160, p. 181, 39 sqq.*)



## HISTORIAE PHILIPPICAE

hae quoque Amazones post  
haec habuere reginam no-  
mine Penthesileam, cuius  
Troiano bello extant claris-  
5 sima documenta. nam haec  
feminae usque ad Alexan-  
drum Magnum referuntur  
tenuisse regimen.

*Ad Iordanis relationem accedunt inprimis ea, quae narra-  
10 tur in Anecd. Rue et, quoad Iustin. ad posteriorem Amazonum  
historiam spectat, Curtius:*

### c. Anecd. Rue.

Laur. 58—98

Apud Exitas fuerunt aliquando  
duo reges iuuenis, qui occupa-  
15 verunt Cemerinus campus iuxta  
Amnem et Thermodontum flu- 45  
vius. qui et ipsi iuuenis ibidem  
per plurimos annos finitimos tru-  
cidaverunt. quod eorum uxores  
20 cum vidissent tantum exidium  
quod eorum viri gerebant, arma 50  
sumunt viris eorum interficiunt  
finisque suos inferentis bella de-  
fendunt. nubendi quoque animo  
25 amiserunt, concubitus finitemo-  
rum iniunt et si qui mares nas- 55  
cuntur interficiebant, virgines in  
eadem more non utio, non lane-  
ficio fusum sed armis et aquis  
30 venationibusque exercebant ino-  
stis puellis dexteris mammis 60  
unde nec sagittarum iactus im-  
pediatur. Unde autem dictae sunt  
Amazone. due ex his primum fue-  
35 runt regine, una Martesia, altera  
Lampedo, qui nunc eo tempore 65  
in duas partes agmeni diviso  
bella gerebant. ibi Ephesus et  
multae aliae urbis conditae sunt.  
40 qui dum et ipsas in Asia bella

Bamb. 54—92

Aliquando fuerunt apud Scithas  
duo regales iuvenes Plinos et  
Scolopecius, qui egressi de terra  
sua cum multitudine iuuenum  
habitaverunt iuxta fluvium qui  
dicitur Termedontus. illi vero, in  
quorum terra habitabant, per  
invidias occiderunt eosdem iuve-  
nes cum eis qui secum erant.  
videntes autem mulieres eorum,  
quia remanserant viduae, irate  
appraehenderunt arma et suos  
viros qui remanserant occide-  
runt, ut omnes essent viduae.  
deinde ab illo die noluerunt ha-  
bere maritos, sed tantum pug-  
nare ceperunt, in illis autem lo-  
cis in quibus habebant pacem  
60 ibant et fornicabant cum quibus  
volebant. et si masculus ex eis  
nascebatur, occidebant illum, fe-  
minas vero reservabant et in-  
cendebant dextras mamillas ea-  
rum, ut non haberent aliquod im-  
pedimentum quando sagittabant.  
inde et Amazones dictae sunt.  
virgines autem earum non tene-  
bant fusum ad operandum ali-



gerebant concursu barbarorum 50 quod, sed tantum in armis et  
 Martesia cum quinquaginta mi- equis et venationibus erant po-  
 lia a barbaris interfecta est. qui site. due ex eis primum fuerunt  
 Oridria postea regnum suscepit. reginae, una habuit nomen Mar-  
 5 qui eo tempore Erculi regi Greco- thesia et alia Lampedo, et ambe-  
 rum cum Amazonis bellum in- 55 inter se diviserunt ipsum exer-  
 tulit. qui et cum multa exequia citum, et una ibat ad pugnan-  
 aequitatum ibi venissent, castra dum per vices et alia custodiebat  
 super Amnem fluvium posuit domos ipsas. constructa est au-  
 10 ibique bellum cum Erculi ges- tem ab eis Ephesus et aliae mul-  
 serunt. qui plurima feminarum 60 tae civitates. dum vero in Asiam  
 centum milia virium in ipso prae- ipsae Amazones pugnarent, su-  
 lio trucidaverunt. ad postremum pervenerunt barbari et occide-  
 Amazonas victas, qui et Oridria runt Marthesiam cum quadra-  
 15 viva in eo praelio ab Erculi ginta milibus Amazonum. post  
 capta. qui post victoriam Erculis 65 Marthesiam regnavit Oridria et  
 Oridria sororis suae reddidit qui ipsa cum Hercule rege Grecorum  
 in hac regno tunc tempore presi- pugnavit. et in ea pugna occidit  
 20 debat. Nam Oridriam Exitis lega- Hercules de ipsis Amazonibus  
 tionem misit ut ei auxilia prebe- centum milia et Oridriam vivam  
 rent et contra Erculem novum 70 in eo praelio appraehendit et  
 praelium repararent. Arpedo erat postea reddit illam sorori suae.  
 eo tempore rex Exitarum. qui postea praedicta Oridria misit ad  
 25 cum multitudine exsequia ae- Scithiam missos suos, ut ei adiu-  
 quitum cum filio suo ad auxilium torium facerent, qualiter contra  
 prebendum Oridriae et Antiabis 75 Herculem magnum repararent  
 reginis Amazonis derexit. qui bellum. Arpedo autem erat illo  
 hoc Erculis rem auditam sibi et tempore rex Scitharum, qui tulit  
 30 cognitam antequam praelium filium suum cum multitudine  
 commisisset fugam in Greciam populorum et mandavit eum in  
 iniit. qui post hoc actum Penti- 80 adiutorium Oridriae et Antianis  
 silea regnum suscepit, quia Troi- reginis Amazonum. hoc audito  
 anis adversum Grecis auxilia Hercules fugit in Greciam. post  
 35 prebuit. qui et ipsa Penthesilea in hoc factum Penthesilea regnum  
 ipso praelio ab Alixe filio inter- Amazonarum suscepit et ipsa in  
 emptum est cum septuaginta mi- 85 adiutorium ibat Troianis, quando  
 lia Amazonum; armatas paucas Greci super Troiam sedebant. in  
 de ipsas Amazonas inde redie- quo praelio occisa est ab Achille  
 40 runt. Post eam Talastridis reg- filio Pyrry et fuerunt cum ea  
 num suscepit, qui cum Alexan- septuaginta milia Amazonum ar-  
 drum amicitias et federatas fe- 90 matae. pauce inde reversae sunt.  
 runt pacem fecisse. erant enim post Penthesileam regnum Ama-  
 varia veste conpositas, capillo zonarum suscepit Thalisaridis et  
 a fronte tunso, a cervice emisso. habuit pacem cum Alexandro.  
 45 mamille dextera parte nihil habe- erant enim ipse Amazones com-  
 rant et altera sub tonica tege- 95 positae de varia vestae, capillis  
 rant ut ne iaculando aut in armis a fronte tonsis, a cervicae dimis-  
 impedimento sentirent. quia eo sis; mamillas dexteris incensas  
 tempore CC milia armatas de habebant, sinistras vero sub tu-



## HISTORIAE PHILIPPICAE

regno eorum ad preliando cum aequitibus exiebant. qui per septingentis annis regnum potitas tenuerunt et sic ferunt quod 10 usque ad Iulio Caesare perdura-  
 5 verunt. nica tegebant. erant enim in illo tempore Amazones armate cum aequitibus plus quam ducenta milia et tenuerunt regnum per septuaginta annos et regnaverunt usque ad Iulium Cesarem.

d. Curt. 6, 5, 24–32: Erat, ut supra (*sc. 6, 4, 17*) dictum est, Hyrcaniae finitima gens Amazonum, circa Thermodonta  
 15 annem Themiscyrae incolentium campos. Reginam habebant Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin am-  
 nem imperitantem. Haec cupidine visendi regis accensa fini-  
 bus regni sui excessit et, cum haud procul abesset, praemi-  
 sit indicantes venisse reginam adeundi eius cognoscendique  
 20 avidam. protinus facta potestas est veniendi ceteris iussis  
 subsistere. Trecentis feminarum comitata processit atque, ut  
 primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit duas lanceas  
 dextera praeferens. Vestis non tota Amazonum corpori ob-  
 ducitur: nam laeva pars ad pectus est nuda, cetera deinde  
 25 velantur. Nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt, infra  
 genua descendit. Altera papilla intacta servatur, qua mulie-  
 bris sexus liberos alant: aduritur dextera, ut arcus facilius  
 intendant et tela vibrent. Interrito vultu regem Thalestris  
 intuebatur habitum eius haudquaquam rerum famae parem  
 30 oculis perlustrans; quippe omnibus barbaris in corporum  
 maiestate veneratio est, magnorumque operum non alios  
 capaces putant, quam quos eximia specie donare natura  
 dignata est. Ceterum interrogata num aliquid petere vellet,  
 haud dubitavit fateri ad communicandos cum rege liberos  
 35 se venisse, dignam ex qua ipse regni generaret heredes:  
 feminini sexus se retenturam, marem reddituram patri. Ale-  
 xander an cum ipso militare vellet interrogat; at illa causata  
 sine custode regnum reliquisse petere perseverabat, ne se  
 inritam spei abire pateretur. Acrior ad venerem feminae  
 40 cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit.  
 XIII dies in obsequium desiderii eius absumpti sunt. Tum  
 illa regnum suum, rex Parthienen petiverunt.

37. a. Iord. Get. 10, 63

b. Iust. 2, 5, 8–13

dehinc Darius, rex Per- 45 Post haec pax apud Scy-  
 sarum, Hystaspis filius, An- thas fuit usque tempora



tyri, regis Gothorum, filiam  
 in matrimonio postulavit, ro-  
 gans pariter atque deterrens,  
 nisi suam peragerent volun- 30  
 5 tatem. cuius affinitatem Go-  
 thi spernentes legationem eius  
 frustrarunt. qui repulsus do-  
 lore flammatus est et DCC  
 milia armatorum contra ipsos 35  
 10 produxit exercitum, verecun-  
 diam suam malo publico vin-  
 dicare contendens; navibus-  
 que pene a Chalcedona usque  
 ad Bizantium in instar pon- 40  
 15 tium tabulatis atque consertis  
 Thraciam petit et Moesiam;  
 pontemque rursus in Danubio  
 pari modo constructum duo-  
 bus mensibus crebris fatigatus 45  
 20 in Tapis VIII milia perdidit  
 armatorum timensque ne pons  
 Danubii ab eius adversariis  
 occuparetur, celeri fuga in  
 Thracia repedavit, nec Mysiae 50  
 25 solum sibi credens tutum fore  
 aliquantulum remorandi.

Ianthyri regis. Huic Da-  
 rius rex Persarum, sicut  
 supra dictum est, cum fi-  
 liae eius nuptias non ob-  
 tenuisset, bellum intulit et  
 armatis septingentis mili-  
 bus hominum Scythiam in-  
 gressus, non facientibus ho-  
 35 stibus pugnae potestatem  
 metuens, ne interrupto  
 ponte Histri reditus sibi  
 intercluderetur, amissis  
 LXXX milibus hominum  
 40 trepidus refugit; quae iac-  
 tura abundante multitu-  
 dine inter damna numerata  
 non est. Inde Asiam et  
 Macedoniam domuit; Ionas  
 quoque navali proelio su-  
 perat. Dein cognito quod  
 Athenienses Ionis contra  
 se auxilium tulissent, om-  
 nem impetum belli in eos  
 50 convertit.

*Cum ultimis Iustini verbis (inde ab Inde Asiam) cf. se-  
 quentia Anecdoti Rue. verba. Nomen regis Scytharum praebet  
 Herodot. 4, 120: Ἰδάνθυρος, Clemens Alex. Strom. 5, 8, 44, 2  
 (= II p. 355, 16 Stählin) Ἰδανθούρος (ex Pherecyde), ex quo  
 55 apparet nomen apud Iustinum minus corruptum esse. Ad  
 Chalcedonia notat vGu. Fragm. 197: „Die Form Chalcedonia  
 für Chalcedon ist der sprechendste Beweis, daß Iordanes aus*



HISTORIAE PHILIPPICAE

*Trogus geschöpft hat:“ cf. apud Iustinum et prologos: Babylonia, Sidonia, Sicyonia, Lacedaemonia et alia eiusmodi. Ceterum cf. app. crit. Addendum est, ut dixi:*

e. Anecd. Rue.

Laur. 99—105

Bamb. 93—97

5 Darius rex Persarum in Exitis bellum intulit cum armatis septingen- 20  
tis millebus hominum Exitiam ingressus. qui et ipse Darius antequam certamen Exitarum cognovisset meto perterritus fugam iniit. 10  
amissis octuaginta millebus hominum inde in Persas refugiit. postquam de Exitiam Darius reversus fuit Asiam et Macedoniam perdo- 25  
15 muit. postea cum Atheniensebus et Lacedemoniis in Grecia Darius bellum intulit . . .

*Rue. Anecd. p. 570 numerum amissorum LXXX etiam 30  
apud Iordanem restituendum esse iudicat; notandum est etiam excerptores Asiam praebere (Ariam ci. vGu., Thraciam Faber).*

38. a. Ampel. 15, 1—6

b. Iust. 2, 6, 7—7, 1

(1) Cecrops rex qui urbem condidit Athenas et ex suo 35  
nomine Cecropidas appellavit cives; idem fabulose quia indigena fuit ab ingu- 45  
nibus serpens fuisse narratur. (2) Erichthonius rex, cui 40  
misteria Eleusinae constituit 50  
Celeus hospite Eumolpo sacerdote, filiabus virginibus

(Athenienses) ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem, quem, ut omnis antiquitas fabulosa est, biformem tradidere, quia primus marem feminae matrimonio iunxit. Huic successit Cranaus, cuius filia Atthis nomen regioni dedit. Post hunc Amphictyonides



ministris, Triptolemo frugum  
 praefecto qui fame laboran- 30  
 tem Graeciam circumlato  
 frumento restituit. (3) Pan-  
 5 dion rex qui filias suas Pro-  
 cnen et Philomelam Thraciae  
 regibus tradidit, ut barbaras 35  
 sibi gentes adfinitate socia-  
 ret. (4) Theseus Aegei filius  
 10 qui Minotaurum interfecit.  
 (5) Demophon Thesei filius  
 qui cum Graecis Ilium ex- 40  
 pugnavit. (6) Codrus rex  
 qui pro salute et victoria  
 15 patriae secundum oraculum  
 Apollinis bello Peloponnesio  
 se devovit.

## e. Scholia Cic. Bob.

Sest. 48, p. 131, 10 (*Stangl*)

Fuit autem rex antiquis- 50  
 simus Atheniensium Erec-  
 20 theus, non longe a principalibus  
 qui in eadem civitate  
 regnaverant. Nam primus  
 omnium fuit Cecrops, dein 55  
 Cranaus, tertio Anfictyon,  
 25 post hunc Ericthonius: qui  
 feruntur ex terra editi; item  
 Pandion et hic, de quo Cicero  
 mentionem facit Erectheus. 60

regnavit, qui primus Miner-  
 vae urbem sacravit et nomen  
 civitati Athenas dedit. Huius  
 temporibus aquarum inlu-  
 vies maiorem partem popu-  
 lorum Graeciae absumpsit.  
 Superfuerunt, quos refugia  
 montium receperunt, aut ad  
 regem Thessaliae Deucalio-  
 nem ratibus eveci sunt, a  
 quo propterea genus homi-  
 num conditum dicitur. Per  
 ordinem deinde successionis  
 regnum ad Erechtheum de-  
 scendit, sub quo frumenti  
 satio est Eleusinae a Tripto-  
 45 lemo reperta, in cuius mune-  
 ris honorem noctes initiorum  
 sacratae. Tenuit et Aegeus,  
 Thesei pater, Athenis reg-  
 num, a quo per divortium  
 discedens Medea propter  
 adultam privigni aetatem  
 Colchos cum Medio filio ex  
 Aegeo suscepto concessit.  
 Post Aegeum Theseus ac  
 deinceps Thesei filius Demo-  
 phoon, qui auxilium Graecis  
 adversus Troianos tulit, reg-  
 num possedit. Erant inter  
 Athenienses et Dorienses si-  
 multatium veteres offensae,  
 60 quas vindicaturi bello Do-  
 rienses de eventu proelii



HISTORIAE PHILIPPICAE

d. Val. Max. 5, 6 ext. 1

... Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit perque legatos sciscitatus est quonam modo tam grave illud bellum discuti posset. respondit deus ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. quod quidem non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrariis percrebruit, eoque factum est ut ediceretur ne quis Codri corpus vulneraret. id postquam cognovit, depositis insignibus imperii famularem cultum induit ac pabulantium hostium globo se obiecit unumque ex his falce percussum in caedem suam compulit. cuius interitu ne Athenae occiderent effectum est.

oracula consuluerunt. Responsum superiores fore, ni regem Atheniensium occidissent. Cum ventum esset in bellum, militibus ante omnia custodia regis praecipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat, qui et responso dei et praeceptis hostium cognitis permutato regis habitu pannosus, sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur. Ibi in turba obsistentium a milite, quem falce astu convulneraverat, interficitur. Cognito regis corpore Dorienses sine proelio discedunt. Atque ita Athenienses virtute ducis pro salute patriae morti se offerentis bello liberantur. Post Codrum nemo Athenis regnavit, quod memoriae nominis eius tributum est.

e. cf. Vell. 1, 2, 1-2: ... eodem fere tempore Athenae sub regibus esse desierunt, quarum ultimus rex fuit Codrus, Melanthes filius, vir non praetereundus. quippe cum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores, deposita veste regia pastorem cultum induit, inmixtusque castris hostium, de industria rixam ciens, imprudenter interemptus est. Codrum cum morte aeterna gloria, Athenienses secuta victoria est. quis eum non mi-



retur, qui his artibus mortem quaesierit, quibus ab ignavis vita quaeri solet? huius filius Medon primus archon Athenis fuit.

*De serie regum Atheniensium ex locis citatis apparet Schol.*  
 5 *Bob. finem praetermisisse, cum ei ad Erechtheum tantum venire in animo esset, ceterum autem seriem intactam servasse; Ampelius compluria nomina silentio transiit, Iustinus autem ab Erechtheo statim ad Erichthonium manifeste aberravit, praesertim cum de Erechtheo narret quae Ampelius*  
 10 *Erichthonio recte tribuit. Ex quo ordo regum qualem Trogus praebuit restituendus est: 1. Cecrops (Iust., Schol., Amp.), 2. Cranaus (Schol., Iust.), 3. Amphictyon[ides] (Schol., Iust.; forma -ides videtur Trogo tribuenda esse, cf. apparatus editionis Iustini), 4. Erichthonius (Schol., Amp.), 5. Pandion*  
 15 *(Schol., Amp.), 6. Erechtheus (Schol., Iust.), 7. Aegeus (Iust.; cf. Ampelii Theseus Aegei fil.), 8. Theseus (Amp., Iust.), 9. Demophon (Amp., Iust.), 10. Melanthus (? Vell.), 11. Codrus (Amp., Iust.). cf. Aßm. '41, 323. Ad rationes in historia Codri narranda inter Velleium, Valerium Maximum,*  
 20 *Iustinum intercedentes cf. Crohn p. 22: versiones leviter variantes Iustini et Vellei apud Valerium Max. copulantur: eadem fere Trogo vindicanda videntur: id quod apud Valerium Max. non Laced., sed Codrus ipse oraculum adit, cum Valerii ratione bene consentit, quare altera versio Trogo*  
 25 *attribuenda est.*

39. a. Val. Max. 5, 3  
 ext. 3

... Iam Solon, qui tam praeclaras tamque utiles Atheniensibus leges tulit, ut, si his perpetuo uti voluis-  
 30 sent, sempiternum habituri fuerint imperium, qui Salaminam velut hostilem arcem ex propinquo salutem eorum inminentem recuperavit, qui

b. Iust. 2, 7, 3—12

35 Sed civitati (sc. Atheniensium) nullae tunc leges erant ... Legitur itaque Solon, vir iustitiae insignis, qui velut novam civitatem legibus conderet ... Huius viri inter multa egregia illud memorabile fuit: Inter Athenienses et Megarenses de proprietate Salaminae in-



HISTORIAE PHILIPPICAE

Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem, solus armis opprimi debere palam dictitare <est> ausus, senectutem Cypri profugus exegit, neque ei in patria, <de> qua optime meruerat, humari contigit. sulae . . . dimicatum fuerat . . . Solon . . . insolitis sibi versibus suadere populo coepit, quod vetabatur, . . . ut extemplo bellum . . . decerneretur insulae . . . Atheniensium fieret. Interea . . .

15 *Valerium cum Trogo etiam hic cohaerere concludas ex forma nominis Salamina (cf. p. 50, 1 et 51, 44 et Ampel. 6, 6: clarissimae insulae: . . . Aegina, Salamina, . . .; Dictys 6, 4; Hier. in Philem. 1 sqq.; Schol. Cic. Bob. in Sest. 141. 142, 9), quae apud Iustinum iterum 44, 3, 2 occurrit; sed Val. Max.*  
 20 *8, 14 ext. 1 praebet acc. Salamina, i. e. nom. Salamis. Hoc loco nonnulla a Iustino praetermissa esse etiam ex insequenti interea et ex diligentiore narratione rerum a Lycurgo gestarum (3, 2, 4 sqq.), quae antecedenti Solonis historiae respondere videtur (Atque ita duo potentissimi Graeciae populi*  
 25 *instituti Solonis et Lycurgi legibus pares . . .: namque Lycurgus . . .) conicere licet, praesertim cum Trogi interpretatio Pisistrati (2, 8, 6: quasi sibi, non patriae vicisset, tyrannidem per dolum occupat) optime cum Valerii narratione conveniat. Eadem de causa Ampelium 15, 7 (Pisistratus*  
 30 *vir fortis et sapiens, qui adversus principes populari causa tyrannidem invasit eamque iustissime administravit) non ex Trogo fluxisse probabile est; alioquin constat Ampelium saepe Trogum cum alio fonte, praesertim Cornelio Nepote, contaminavisse; recte quidem iudicat Aßm. '41, 323 ea quae*  
 35 *Ampelius Cornelio debet, non solum a Woelfflin (De L. Ampelii libro memoriali quaest. crit. et hist., Diss. Gottingae 1854) sed etiam a vGu. aequo plus aestimata esse; sed Ampelium nonnulla ex Nepote hausisse etiam Aßm. concedit.*

40. a. Frontin. strat.

2, 9, 9

Pisistratus Atheniensis  
 40 cum excepisset Megarensium  
 classem qua illi ad Eleusin  
 noctu adplicuerant, ut ope-  
 ratas Cereris sacro feminas  
 Atheniensium raperent, ma-

b. Iust. 2, 8, 1—4

45 Interea Megarenses . . .  
 matronas Atheniensium in  
 Eleusinis sacris noctu op-  
 pressuri naves conscendunt.  
 Qua re cognita dux Athe-  
 niensium Pisistratus iuven-  
 tutem in insidiis locat . . .;



gnaque edita caede eorum ultus esset suos, eadem quae ceperat navigia Atheniensi milite complevit, quibusdam 15 matronis habitu captivarum 5 in conspectu locatis: qua facie decepti Megarenses tamquam suis et cum successu renavigantibus effuse obvii 20 inermesque rursus oppressi sunt.

egressosque navibus Megarenses inopinantes adgressus delevit ac protinus classe captiva intermixtis <inter milites> mulieribus, ut speciem captarum matronarum praeberent, Megara contendit. Illi cum et navium formam et petitam praedam cognoscerent, obvii ad portum procedunt, quibus caesis Pisistratus paulum a capienda urbe afuit.

25 *cf. vGu. Kl.Schr. V 186 sqq., qui in primis p. 194 contulit quae narrantur apud Aeneam Poliorc. 4, 3–4, et ad concen-*  
*tum inter Frontinum et Iustinum notat: „Frontinus hängt,*  
*so gut wie Iustin, von Trogus ab, was nicht bloß aus ihrer*  
*völligen sachlichen Harmonie untereinander, sondern auch aus*  
 30 *ihrer Übereinstimmung mit . . . Aeneias hervorgeht“; ceterum*  
*idem strategema ab aliis auctoribus (Aelian. v. h. 7, 19; Plut.*  
*Sol. 8, Polyaen. 1, 22, 2) de Solone Salaminem oppugnante*  
*narratur; Herodotus dolum Pisistratis praeterit (cf. 1, 59:*  
*[Πεισ.] πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας*  
 35 *γενομένη στρατηγίῃ...).*

41. a. Sen. dial. 4, 23, 1

Notus est ille tyrannicida, qui imperfecto opere comprehensus et ab Hippia tortus, ut conscios indicaret, circum- 50 stantes amicos tyranni nominavit quibusque maxime caram salutem eius sciebat; et cum ille singulos, ut nominati erant, occidi iussisset, inter- 55 roganti, ecquis superesset, 'tu', inquit, 'solus; neminem enim

b. Iust. 2, 9, 1–6

Post huius (sc. Pisistrati) mortem Diocles, alter ex filiis, per vim stuprata virgine a fratre puellae interficitur. Alter, Hippias nomine, cum imperium paternum teneret, interfectorem fratris comprehendi iubet, qui cum per tormenta conscios caedis nominare cogeretur, omnes



HISTORIAE PHILIPPICAE

alium cui carus esses reliqui'.  
 effecit ira, ut tyrannus tyran-  
 nicidae manus accomodaret et 15  
 praesidia sua gladio suo cae-  
 5 deret.

e. cf. Ampel. 15, 8

Armodius et Aristogypton 20  
 homines plebei qui Ippiam et  
 Ipparchum Pisistrati filios  
 saeve dominantes facta con-  
 10 iuratione oppresserunt, ideo-  
 que ut conservatoribus divini 25  
 honores eius sunt constituti.

amicos tyranni nominavit,  
 quibus interfectis quaerenti  
 tyranno, an adhuc aliqui  
 conscii essent, neminem ait  
 superesse, quem amplius  
 mori gestiat quam ipsum  
 tyrannum. Qua voce eius-  
 dem se tyranni victorem  
 post vindictam pudicitiae  
 sororis ostendit. Huius vir-  
 tute cum admonita civi-  
 tas libertatis esset, tandem  
 Hippias regno pulsus in  
 exilium agitur . . .

*Senecam cum Trogo cohaerere conclusit vGu. Kl.Schr. V  
 199 sqq. „nicht nur aus der durchgängigen sachlichen und . . .  
 auch wörtlichen Übereinstimmung, sondern mehr noch dar-  
 30 aus, daß bei Beiden Aristogeiton allein in den Vordergrund  
 tritt, der Name aber nicht genannt wird. Justin hat hier überall  
 treu copirt“; alia quaestio est, nonne intermedia fons inter  
 Trogum et Senecam intercesserit (cf. A. Klotz, SBMünch.  
 1942, 57). Sed ex consensu Trogi et Senecae id profecto apparet  
 35 etiam hoc loco Ampelium aliam traditionem (Cornelium Nep.?)  
 secutum esse.*

42. a. Ampel. 13, 3b

Darius rex . . . (cf. supra  
 fr. 32e) . . . cum CCLXX milibus  
 < militum in > Europam transi- 45  
 40 vit. victus ab Atheniensibus du-  
 cente Miltiade apud Marathona  
 recessit.

b. Iust. 2, 9, 8—21

. . . Athenienses audito  
 Darii adventu . . . adver-  
 sus sexcenta milia hosti-  
 um in campis Marathoniis  
 in proelium egrediuntur.  
 Miltiades et dux belli



c. Ampel. 15, 9

Miltiades dux qui LXXX milia militum Persarum Dari regis praefectis Date et Tisaperne in saltu Marathonio su-  
5 peravit.

erat . . . Victi Persae in naves confugerunt . . . Ducenta milia Persae eo proelio sive naufragio a-  
10 misere . . .

d. cf. Anecd. Rue.

(verba supra fr. 37c exhibita continuantur:)

Laur. 104—111

postea cum Atheniensebus et Lacedemoniis in Grecia Darius bellum  
15 intulit in campis Maratoniis, qui eo 30 tempore cruentissima praelia in ipsis gerebantur. sed tamen victi ibidem in eo prelio Persi ab Atheniensebus et Lacedemoniis. Darius  
20 duabus vulneribus sauciatus in navi- 35 bus fugiit. qui in eo prelio tantaque cedis Persarum fuit, ducenta milia Persarum ibidem interempta fuerunt. sicque Athenienses et Lacedemoniis victoria facta domus suas triumphaverunt.

Bamb. 95—101

deinde . . . pugnavit (sc. Darius) in campis Maratoniis cum Lacedemoniis, ubi illo tempore multe pugnae fiebant. ibi Lacedemones vicerunt Persas. in eo prelio Darius recepit duas plagas et sic fugit in navibus. et mortui sunt ibi in ipsa pugna ducenta milia Persarum. Lacedemones autem reversi sunt cum victoria in terram suam.

40 *Ampel. 15, 9 ex Trogo fluxisse prologo probatur, qui idem Tisaphernis nomen pro Artaphernis praebet; memorandum sane est relationem nullo modo probari posse, nisi forte haec prologi verba exstarent. At apud Ampel. 13, 3 Darius ipse in campis Maratoniis dimicavisse videtur, simili modo*  
45 *atque apud Iustinum, ex quo Aßm. '41, 314 concludi posse arbitrabatur hoc loco Ampelium epitoma tantum Trogi anteiustiniana usum esse; sed tum ille ignotus epitomator primum ipse, postea iterum Iustinus in eadem re erravisset, secundum autem Ampelius et epitomam illam et Trogi ipsius opus adhibuisset*  
50 *(nam cui nomen Tisaphernis deberet, si duae versiones invicem se excluderent?); quare Aßmanni hypothesis reicienda est; sed Trogum ipsum recte quidem narravisse regem per duos tantum duces bellum gessisse, ceterum autem de Dario ipso ambigue*



## HISTORIAE PHILIPPICAE

*locutum esse verisimilius est; quae quidem praeterea probantur narratione anecdoti; in eo enim refertur Darium in proelio ipsum duo vulnera accepisse, quae, ut iam vidit Rue. l.l. 571, derivata sunt ex verbis Iust. 2, 11, 19, quibus metaphorice*  
 5 *clades Xerxis vulnera nominantur: Xerxes duobus vulneribus terrestri proelio acceptis experiri maris fortunam statuit; quae ab excerptorum fonte prave intellecta ideoque in Xerxem minime convenientia in Darium translata sunt.*

**43.** Ampel. 13, 4 Xerses Darii filius, cum decessisset  
 10 pater eius, aliquantis navibus armatis [militibus] in Europam transivit contabulato Hellesponto et forato Atho monte, nec quicquam aliud egit quam ut Athenas incenderet. mari victus a Lacedaemoniis et Atheniensibus in Asiam rediit ibique suorum fraude interfectus est.

15 *Excerptum videtur ex eis, quae testante Iustino Trogus de Xerxe narravit (cf. Iust. 2, 10, 1. 18–20. 11, 1. 12, 11. 26. 3, 1, 1–2). Notandum sane est Iustinum quaedam praeterisse, quae Ampelius servavit, velut verba contabulato Hellesponto et forato Atho monte (Iustinus generaliter tantum et sum-*  
 20 *matim dicit 2, 10, 24 . . . veluti naturae ipsius dominus et montes in planum deducebat et convexa vallium aequabat et quaedam maria pontibus sternebat, quaedam ad navigationis commodum per conpendium ducebat. Apparet igitur Trogum diligentius et accuratius de singulis rebus locutum*  
 25 *esse.*

**44. a.** Iord. Get. 10, 64

Post cuius (*sc. Darii*) deces-  
 sum iterum Xerses filius eius pa-  
 ternas iniurias ulcisci se aesti-  
 mans, cum sua septingenta et  
 30 auxiliarium CCC milia arma-  
 torum, rostratas naves mille du-  
 centas, onerarias tria milia, super  
 Gothos ad bellum profectus . . .

**b.** Iust. 2, 10, 18–20

Xerxes septingenta  
 milia de regno armave-  
 rat et trecenta milia de  
 auxiliis . . . Naves quo-  
 que decies centum mi-  
 lium † numero habuisse  
 40 dicitur.



*Iustini textus hic corruptus videtur esse, nam decies centum milium est numerus militum auxiliiorum omnium. Rue. Tq. 128 ex Oros. 2, 9, 2 substituenda esse censet eadem verba, quae apud Iordanem occurrunt et quae profecto Trogo attribuenda sunt.*

45. a. Frontin. strat.  
2, 2, 13

Lacedaemonii CCC contra innumerabilem multitudinem Persarum Thermopylas occupaverunt, quarum angustiae non amplius quam parem numerum cominus pugnatum poterant admittere; eaque ratione, quantum ad congressus facultatem, aequati numero barbarorum, virtute autem praestantes, magnam eorum partem ceciderunt nec superati forent, nisi per proditorem Ephialten Trachinium circumductus hostis a tergo eos oppressisset.

c. Frontin. strat. 4, 2, 9

Xerxes a trecentis Lacedaemoniorum ad Thermopylas vexatus, cum vix eos confecisset, hoc se deceptum aiebat quod multos quidem homines haberet, viros autem disciplinae tenaces nullos.

b. Iust. 2, 11, 1–18

(Xerxis) introitus in Graeciam quam terribilis, tam turpis et foedus discessus fuit. Namque cum Leonida, rex Spartanorum, cum IV milibus militum angustias Thermopylarum occupasset, Xerxes contemptu paucitatis eos pugnam capessere iubet, quorum cognati Marathoniam pugnam interfecisti fuerant. Qui dum ulcisci suos quaerunt, principium cladis fuere; succedente dein inutili turba maior caedes editur. Triduo ibi . . . dimicatum. Quarta die cum nuntiatum esset Leonidae a XX milibus hostium summum cacumen teneri, tum hortatur socios recedant et se ad meliora patriae tempora reservent, sibi cum Spartanis fortunam experiendam; plura patriae quam vitae debere, ceteros ad praesidia Graeciae servandos. Audito regis imperio discessere ceteri, soli Lacedaemonii remanserunt. . . . Dimissis igitur sociis hortatur Spartanos, meminerint quali-



HISTORIAE PHILIPPICAE

d. Ampel. 14, 6

Leonidas dux qui Persico bello cum trecentis Lacedaemoniis apud Thermopylas totam vim Persici belli morte sua <ac> suorum comminuit.

tercumque proeliatis cadendum esse; caverent ne fortius mansisse quam dimicasse videntur...: statim arma capiunt et sexcenti viri castra quingentorum milium inrumpunt... Ad postremum... occiderunt.

15 e. Val. Max. 3, 2, ext. 3: Hoc loci Leonidas nobilis Spartanus occurrit, cuius proposito, opere, exitu nihil fortius: nam cum CCC civibus apud Thermopylas toti Asiae obiectus gravem illum et mari et terrae Xerxen, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque conpedes et caelo  
20 tenebras minitantem, pertinacia virtutis ad ultimam desperationem redegit. ceterum perfidia et scelere incolarum eius regionis [et] loci opportunitate, qua plurimum adjuvabatur, spoliatus occidere dimicans quam adsignatam sibi a patria stationem deserere maluit adeoque alacri  
25 animo suos ad id proelium, quo perituri erant, cohortatus est, ut diceret: 'sic prandete, commilitones, tamquam apud inferos cenaturi'. Mors erat denuntiata: Lacedaemonii perinde ac victoria esset promissa, dicto intrepidi paruerunt.

i. *In universum ad Trogum referenda sunt etiam ea, quae*  
30 *exhibet Sen. benef. 6, 31: Cum bellum Graeciae indiceret Xerxes, animum tumentem oblitumque, quam caducis confideret, nemo non inpulit. Alius aiebat non laturos nuntium belli et ad primam adventus famam terga versuros; alius nihil esse dubii, quin illa mole non vinci solum*  
35 *Graecia, sed obrui posset; magis verendum, ne vacuas desertasque urbes invenirent et profugis hostibus vastae solitudines relinquerentur non habituris ubi tantas vires exercere possent; alius vix illi rerum naturam sufficere, angusta esse classibus maria, militi castra, explicandis*  
40 *equestribus copiis campestria, vix patere caelum satis ad*



emittenda omni manu tela. Cum in hunc modum multa undique iactarentur, quae hominem nimia aestimatione sui furentem concitarent, Demaratus Lacedaemonius solus dixit ipsam illam, qua sibi placeret, multitudinem indigestam et gravem metuendam esse ducenti; non enim vires habere, sed pondus; inmodica numquam regi posse, nec diu durare, quidquid regi non potest. "In primo" inquit "statim monte Lacones obiecti dabunt sui experimentum. Tot ista gentium milia trecenti morabuntur; haerebunt in vestigio fixi et conmissas sibi angustias armis tuebuntur, corporibus obstruent; tota illos Asia non movebit loco; tantas minas belli et paene totius generis humani ruentis impetum paucissimi sistent. Cum te mutatis legibus suis natura transmiserit, in semita haerebis et aestimabis futura damna, cum computaveris, quanti Thermopylarum angusta constiterint; scies te fugari posse, cum scieris posse retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis velut torrentis modo ablati, cuius cum magno terrore prima vis defluit; deinde hinc atque illinc coorientur et tuis te viribus prement. Verum est, quod dicitur, maiorem belli adparatum esse, quam qui recipi ab his regionibus possit, quas obpugnare constituis, sed haec res contra nos est; ob hoc ipsum te Graecia vincet, quia non capit: uti toto te non potes. Praeterea, quae una rebus salus est, occurrere ad primos rerum inpetus et inclinatis opem ferre non poteris nec fulcire ac firmare labentia; multo ante vinceris, quam victum esse te sentias. Ceterum non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri non putes posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est; nihil tam magnum est, quod perire non possit, cui nascitur in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua causa." Acciderunt, quae Demaratus praedixerat; divina atque humana inpellentem et mutantem, quidquid obstiterat, trecenti stare iusserunt, stratusque passim per totam Graeciam Perses intellexit, quantum ab exercitu turba distaret. Itaque Xerxes pudore quam damno miserior Demarato gratias egit, quod solus sibi verum dixisset, et permisit petere quod vellet. Petit ille, ut Sardis, maximam Asiae civitatem, curru vectus intraret rectam capite tiaram gerens; id solis datum regibus. Dignus fuerat praemio, ante quam peteret; sed quam miserabilis gens, in qua nemo fuit, qui verum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi!



HISTORIAE PHILIPPICAE

*Trogum de Demarato non solum dolum nuntii Lacedaemoniis perlati (Iust. 2, 10, 13–17, cf. Herodot. 7, 239), sed etiam monitionem Xerxis (cf. Herodot. 7, 101–104. 209) breviter tetigisse per se verisimile est; orationem Senecae quoad est obliqua Trogo deberi probabile videtur (ad or. obliquas cf. Iust. 38, 3, 11 = supra fr. 17 et infra fr. 152); insequens pars orationis recta vaticinationem ex eventu admodum rudem praebet, quam ex Trogi narratione rerum compilatam esse credas, praesertim cum singula enuntiata artissime cum Iustino vel cum ceteris testimoniis supra citatis coeant.*

46. a. Ampel. 15, 10

Aristides Dicaeos qui hoc agnomen moribus est consecutus <et> ob <id> ipsum exilio multatus est.

b. cf. Nep. Arist. 1, 2

quamquam enim adeo excellerebat Aristides abstinentia, ut unus . . . cognomine Iustus sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus testula illa exilio decem annorum multatus est.

*Ampelius consentit quidem cum Nepote paene ad verbum; sed rogandum est, unde Ampelius versionem Graecam cognominis acceperit. Iust. 2, 15, 16 de Aristide ut de iam noto viro loquitur, ut verisimile sit Trogum iam antea de eo fusius egisse; cognominatio Graeca optime cum Trogi more conveniat (cf. Iust. 1 4, 14 Spargos; 2, 4, 11 Amazones; 41, 1, 2 parthi etc.); quae si recte conicio, talem Aristidis historiam ad Iust. 2, 12 circiter inserere oportet.*

47. a. Frontin. strat.

1, 3, 6

Themistocles adventante Xerxe, quia neque proelio pedestri neque tutelae finium neque obsidioni credebatur sufficere Athenienses, auctor fuit eis liberos et coniuges in

b. Iust. 2, 12, 13–16

Adventante igitur Xerxe . . . Themistocles . . . persuadet omnibus patriam municipes esse, non moenia . . .; melius itaque salutem navibus quam urbi commissuros; . . . Probato consilio



Troezena et in alias urbes 5 coniuges liberosque cum pre-  
 amandandi relictoque oppido 40 tiosissimis rebus abditis in-  
 statum belli ad navale proe- 45 sulis relicta urbe deman-  
 lium transferendi. dant; ipsi naves armati con-  
 scendunt.

10 *cf. Herodot. 8, 41 Nep. Them. 2, 7; aliter Polyæn. 1, 30, 2.*  
*Crohn p. 52. Frontinum ex Trogo hausisse apparet.*

48. a. Frontin. strat.  
 2, 2, 14

Themistocles dux Athe-  
 niensium cum videret utilis-  
 simum Graeciae adversus mul- 40  
 15 titudinem Xerxis navium in  
 angustiis Salaminis decernere  
 idque persuadere civibus non  
 posset, sollertia effecit, ut a  
 barbaris ad utilitates suas 45  
 20 Graeci compellerentur; simu-  
 lata namque prodicione misit  
 ad Xerxen, qui indicaret popu-  
 lares suos de fuga cogitare  
 difficilioremque ei rem futu- 50  
 25 ram, si singulas civitates ob-  
 sidione adgrederetur; qua ra-  
 tione effecit, ut exercitus bar-  
 barorum primum inquietare-  
 tur, dum tota nocte in statione 55  
 30 custodiae est; deinde, ut sui  
 mane integris viribus cum bar-  
 baris vigilia marcentibus con-  
 fligerent, loco ut voluerat  
 arto, in quo Xerxes multi- 60  
 35 tudine qua praestabat uti non  
 posset.

b. Iust. 2, 12, 18–21

... cum adunata omnis  
 sociorum classi et intenta in  
 bellum navale esset angu-  
 stiasque Salaminii freti, ne  
 circumveniri a multitudine  
 posset, occupassent, dissen-  
 sio inter civitatum princi-  
 pes oritur. Qui cum deserto  
 bello ad sua tuenda dilabi  
 vellent, timens Themisto-  
 cles, ne discessu sociorum  
 vires minuerentur, per ser-  
 vum fidum Xerxi nuntiat,  
 uno in loco eum contractam  
 Graeciam capere facillime  
 posse. Quodsi civitates,  
 quae iam abire vellent, dis-  
 sipentur, maiore labore ei  
 singulas consectandas. Hoc  
 dolo inpellit regem signum  
 pugnae dare. Graeci quo-  
 que adventu hostium occu-  
 pati proelium conlatis viri-  
 bus capessunt.



HISTORIAE PHILIPPICAE

49. a. Frontin.

strat. 2, 6, 8

Themistocles victo Xerxe volentes suos pontem rumpere prohibuit, cum docuisset ap-  
 5 tius esse eum expelli Europa, quam cogi ex desperatione pugnare. idem misit ad eum, qui  
 20 indicaret, in quo periculo esset, nisi fugam maturaret.

b. Iust. 2, 13, 5—7

Sed Graeci audita regis fuga consilium ineunt pontis interrumpendi . . . , ut intercluso reditu aut  
 cum exercitu deleretur aut desperatione rerum pacem victus petere  
 cogeretur Sed Themistocles timens, ne interclusi hostes desperationem in virtutem verterent . . . ,  
 eundem servum ad Xerxen mittit . . . et occupare transitum  
 maturata fuga iubet.

*cf. Nep. Them. 2, 7, qui quoad rem similia, sed aliis verbis narrat (cf. Herodot. 8, 110; aliter Polyæn. 1, 30, 4; Plut. Them. 16. Arist. 9. Diod. 11, 19).*

50. a. Frontin.

strat. 1, 11, 7

Leotychidas dux Lacedaemoniorum classe pugnaturus eodem  
 die, quo vicerant  
 40 socii, quamvis ignarus actae rei, vulgavit nuntiatum sibi victoriam partium, quo constan-  
 45 tiores ad pugnam mi-  
 35 lites haberet.

b. Iust. 2, 14, 7—9

Eodem forte die, quo Mardonii copiae deletae sunt, etiam navali proelio in Asia sub monte Moesiae adversus Persas dimicatum est. Ibi . . . fama ad utrumque exercitum venit vicisse Graecos . . . Tantam famae velocitatem fuisse, ut, cum matutino tempore proelium in Boeotia commissum sit, meridianis horis in Asiam per tot maria et tantum spatii tam brevi horarum momento de victoria nuntiatum sit.

*Quomodo utraque versio ad Trogum referenda sit, difficile  
 50 est dictu; attamen manifestum est neque Iustini neque Frontini versionem per se solam stare posse, ut Trogum duplicem narrationem, quarum unaquaeque in alia re offenderet, prae-*



*buisse, ipsum autem quae vera sit non diiudicavisse verisimile sit (cf. Iust. 20, 3, 9).*

51. a. Frontin. strat.

1, 1, 10

b. Iust. 2, 15, 1–12

... Athenienses ... urbem

<p>Themistocles exhortans suos ad suscitandos festinan- ter muros, quos iussu Lacedaemoniorum deicerent, legatis Lacedaemone missis, qui interpellarent, respondit, venturum se ad diluendam hanc existimationem; et per- venit Lacedaemonem. ibi simulato morbo aliquantum temporis extraxit; et postquam intellexit suspectam esse tergiversationem suam, contendit falsum &lt;allatum&gt; ad eos rumorem et rogavit, mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum. suis deinde clam scripsit, ut eos qui venissent retinerent donec reffectis operibus confiteretur Lacedaemoniis munitas esse Athenas neque aliter principes eorum redire posse, quam ipse remissus foret; quod facile praestiterunt Lacedaemonii, ne unius interitum multorum morte pensarent.</p>	<p>ex integro condere moluntur... Suspecti esse Lacedaemoniis coepere... Mittunt ergo legatos, qui moneant ne munimenta hostibus... extruant. Themistocles... respondit legatis ituros Lacedaemonem, qui... cum illis consulant... Dein ipse... proficiscitur, et nunc in itinere infirmitate simulata, nunc tarditatem collegarum accusans... spatium consummando operi quaerebat; cum interim nuntiatur Spartanis opus Athenis maturari, propter quod denuo legatos mittunt... Tum Them... magistratibus scribit... legatos vinciant pignusque teneant... Adit deinde contionem Lacedaemoniorum, indicat permunitas Athenas esse...; si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum in hoc pignus retentos... Sic dimissus veluti triumphatis Spartanis a civibus excipitur.</p>
--	--

*cf. Enmann p. 15: „Frontin aber hat sein Excerpt aus dem Trogus, denn er erwähnt zweier Umstände, die ... nur im Iustin vorkommen und sicher Eigentum des Trogus wa-*



HISTORIAE PHILIPPICAE

ren . . .". Eadem fere traduntur apud Thuk. 1, 90. 91. Dion. 11, 39, 40. Nep. Them. 6. 7. Plut. Them. 19. Polyæn. 1, 30, 5. Schol. Aristoph. Equ. 811.

52. a. Ampel. 14, 7

Pausanias qui Persico bello  
5 Mardonium praefectum  
Xersis cum pedestribus copiis  
apud Asopum Boeotiae flumen  
debelloavit; mox proditionis  
a rege susceptus  
10 [idem Mardonius] ideoque  
accusatus in asyllum Miner-  
vae confugit et ibi fame con-  
fectus est.

b. Iust. 2, 15, 13—16

Spartani . . . ducem . . .  
15 deligunt Pausaniam, qui pro  
ducatu regnum Graeciae ad-  
fectans proditionis praemium  
. . . paciscitur redditus  
captivis . . . Sed dux Athe-  
20 niensium Aristides . . . pro-  
dicionis consilia discussit.  
Nec multo post accusatus  
Pausanias damnatur.

*Aßm. '35 p. 27, app. crit. ad locum miro quodam errore*  
25 *adductus etiam Iust. 6, 4, 7 conferendum esse censet, quo*  
*loco de Pausania iuniore agitur. Recte autem Aßm. '41, 323*  
*indicat Ampelium a Cornelio Nep. aberrare, quare Ampelium*  
*alio quodam fonte, sc. Trogo, usum esse appareat.*

53. a. Val. Max. 5, 4  
ext. 2

Ne te quidem, Cimo, silen-  
30 tio involvam, qui patri tuo  
sepulturam voluntariis vin-  
culis emere non dubitasti;  
nam etsi maximo tibi postea  
45 et civi et duci evadere con-  
35 tigit, plus tamen aliquanto  
laudis in carcere quam in  
curia adsecutus es: ceterae  
enim virtutes admirationis  
50 tantum modo multum, pie-

b. Iust. 2, 15, 18—20

40 Graeci quoque ducem con-  
stituunt Cimona Athenien-  
sem, filium Miltiadis, quo  
duce apud Marathonem pu-  
gnatum est, iuvenem, cuius  
magnitudinem futuram pie-  
tatis documenta prodide-  
runt; quippe patrem ob cri-  
men peculatus in carcerem  
coniectum ibique defunctum  
50 translatis in se vinculis ad  
sepulturam redemit. Nec in



tas vero etiam amoris plurimum meretur.

c. Ampel. 15, 11

Cimon dux qui Persico bello [et] Xersis copias pedestris simul atque navalis in ipsa Asia aput Eurimedonta fluvium uno die vicit.

bello iudicium deligentium fefellit, siquidem non inferior virtutibus patris Xerxen terrestri navalique bello superatum trepidum recipere se in regnum coegit.

cf. *Diod. 10, 29; Crohn p. 17. Nep. Cim. 2; Aßm. '41, 323:*  
15 *Nepos non est fons Ampelii.*

lib. 3

Prol. libri 3: Tertio volumine continentur haec: ut mortuo Xerxe filius Artaxerxes ultus interfectorem patris Artabanum bellum cum defectore Aegypti habuit, primoque dux eius Achaemenes victus est, iterum per Bagabaxum Aegyptus recepta. Ut Graecis cum rege pacificatis bella inter ipsos orta sint. Inde repetitae Peloponnesium origines: ut ab Herculis posteris Dorico populo sit occupata. Deinde bella Argolica et Messania, coalitique Sicyone et Corintho tyranni. Bellum Crisaeum et quod Athenienses primo cum Boeotis, dein cum Peloponnesiis gesserunt.

54. a. Ampel. 14, 1–5

Eurysthenes et Procles gemini qui genus ab Heraclidis deducentes primi Spartae [regna] regnaverunt. (2) Ligurgus legum lator quibus Lacedaemonii principes Graeciae per annos septin<gentos> in-

b. Iust. 3, 2–5

(2, 3) Hinc Lacedaemonii communia quondam civitatum auxilia ad vires suas trahere . . . (cf. *prol.*: repetitae Peloponnesium origines!) . . . Lycurgus . . . Spartanis leges instituit . . .



nisi fuerunt. (3) Teopompus et Polidorus reges qui Messenium bellum XX annis gesserunt. (4) Otryades vir bel-  
 5 lator qui Messenio bello quo  
 <trecenti> [id est centeni quin-  
 quageni] concertaverunt [et]  
 trophaeum suo sanguine <in>-  
 scripsit. (5) Tyrtaeus qui Mes-  
 10 senio bello ex oraculo Apolli-  
 nis dux ab Atheniensibus per  
 ludibrium missus poemate suo  
 ita militum animos concitavit,  
 ut tam diuturnum praelium  
 15 victoria consum<m>arent. (5, 4 sqq.) Lacedaemonii...  
 oraculo Delphis consulto  
 iubentur ducem belli ab  
 Atheniensibus petere. Por-  
 20 ro Athenienses... in con-  
 temptum Spartanorum  
 Tyrtaeum, poetam claudo  
 pede, misere... qui con-  
 posita carmina exercitui  
 25 pro contione recitavit...  
 Itaque tantis animis con-  
 cursum est, ut raro um-  
 quam cruentius proelium  
 fuerit. Ad postremum ta-  
 30 men victoria Lacedaemoni-  
 orum fuit.

*Demonstravit quidem Woelfflin l. l. 82 Ampelium 14, 7–10  
 ex Cornelio Nep. fluxisse; sed priorem capituli 14 partem vix e  
 Nepote haustam esse Aßm. 41, 322 contra Woelff. recte iudicat;  
 35 Ampelium in regibus Lacedaemoniorum enumerandis artius  
 cum Trogo cohaerere iam vGu. Fragm. 170 sqq. vidit. Etsi  
 singula quaeque enuntiata ad Trogum referri et quae Ampelius  
 vel Cornelio Nep. vel Trogo debuerit speciatim segregari  
 nequeunt, tamen nonnulla vel pleraque huius partis ex Trogo  
 40 fluxisse confidas, praesertim cum ex prol. appareat Iustinum  
 hoc loco vehementer Trogi narrationem contraxisse. Praeterea  
 id probari videtur eo, quod Valerius Max. ad verbum fere  
 cum Ampelio § 4 consentit narratione, quam etiam ex Trogo  
 derivatam esse aut certum aut verisimile est:*

45 c. Val. Max. 3, 2 ext. 4: Othryadae quoque pugna pariter  
 ac morte speciosa Thyreatium laude quam spatio latius  
 solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis litteris dereptam



hostibus victoriam tantum non post fata sua in sinum patriae  
cruento tropaei titulo retulit.

cf. Seneca suas. 2, 16 (*Utrum inter Valerium Max. et  
Trogum collectio exemplorum intercesserit necne, hic nullius  
5 est momenti; cf. R. Helm, Hermes 1939, 130, cuius sententiam  
improbat A. Klotz, Neue Jahrb. 1940, 175, 1 et A. Klotz,  
SBMünchen 1942*). Ceterum memorandum est numerum  
DCC annorum Ampelii (§ 2) concinere quidem cum Cic.  
Flacc. 26, 63 (Lac., . . . qui soli toto orbe terrarum septin-  
10 gentos iam annos amplius unis moribus et numquam mutatis  
legibus vivunt), sed a Livii numero abire (Liv. 38, 34, 9  
nulla tamen res tanto erat damno quam disciplina Lycurgi,  
cui per octingentos annos adsuerant, sublata; cf. Liv. 39,  
37, 5 Lac. . . . cum sine muris per octingentos prope annos  
15 liberi . . . fuissetis . . .).

55. Ampel. 32b 5: Periandrus\*\*\* qui Corinti regnavit.

*Iustinum 3, 6, 9/10 circiter tyrannos qui Corinthi regna-  
verunt praetermisisse ex prol. apparet. Ampelii appellationi  
Trogum subesse conicere licet.*

56. a. Frontin. strat.

1, 3, 9

b. Iust. 3, 7, 2–5

(Lac.) fines Atticos popu-

<p>20 Athenienses cum Deceliam castellum ipsorum Lacedae- monii communissent et fre- quentius vexarentur, clas- sem, quae Peloponensum in- 25 festaret, miserunt consecu- tisque sunt, ut exercitus Lacedaemoniorum, qui De- celiae erat, revocaretur.</p>	<p>30 lantur . . . Sed Athenienses consilio Periclis . . . naves conscendunt et nihil sen- tientibus Lacedaemoniis to- tam Spartam depraedan- 35 tur . . . ut in comparatione damnorum longe pluris fuerit ultio quam iniuria.</p>
--	--

57. Iord. Get. 10, 66: . . . post longum tempus . . .  
egregius Gothorum ductor Sithalcus, CL virorum mili-  
40 bus congregatis Atheniensibus intulit bellum adversus



## HISTORIAE PHILIPPICAE

Perdiccam Macedoniae regem (quem Alexander apud Babylloniam ministri insidiis potans interitum Atheniensium principatui hereditario iure reliquerat successorem). Magno proelio cum hoc inito Gothi superiores inventi sunt, et sic pro iniuria, qua illi in Moesia dudum fecissent, isti in Grecia discurrentes cinctam Macedoniam vastaverunt.

*Ad Trogum relata a Sybel, De fontibus libri Iordanis de origine actaque Getarum (1838), probante vGu. Fragm. 200 sq., qui haec ex alio fonte atque antecedentia Iordanis verba (sc. non ex Dionis historia Getica) fluxisse demonstrat. Apparet Iordanis fontem de bello, quod rex Thracorum Sitalces contra Perdiccam II. gesserit et de quo Thucyd. 2, 95–101 refert (qui idem 2, 98 numerum 150000 praebet), narravisse, sed hanc rem a Iordane eiusve intermedio fonte in Perdiccam Alexandri ducem (cf. Iust. 12, 15, 12 sqq.) falso translata esse; quare etiam ea verba, quae, quamquam per se etiam ex Trogo hausta sunt (cf. Iust. 12, 14, 6, infra fr. 101c), hoc loco uncinis secludenda erant, in hanc narrationem irrepserunt. Praeterea rationes, quae inter Sitalcem et Athenienses intercesserunt, apud Iordanem, vix autem iam apud Trogum, mire perversae et mutatae sunt, quippe cum Sitalces Macedoniae, ut Atheniensibus succurreret, infestaverit. Porro vGu. l. l. mihi persuasit hanc rem a Trogo non inter res a Macedonis gestas relatam fuisse — tum enim difficile esset intellectu, quomodo perturbatio orsa esset —, sed inter ea inserendam esse, quae Iust. 3, 7, 12 verbis varia proeliorum fortuna aequo brevius attigerit.*

### lib. 4

Prol. libri 4: Quarto volumine continentur res Siculae, ab ultima origine usque ad deletam Syracusis Atheniensium classem.

### lib. 5

Prol. libri 5: Quinto volumine continentur haec. Bellum inter Athenienses et Lacedaemonios, quod Deceleicum vocatur, usque ad captas Athenas. Ut expulsi sunt Athenis XXX tyranni. Bellum quod Lacedaemonii in Asia cum



Artaxerxe gesserunt propter Cyrum adiutum. Hinc repetitum in excessu Cyri cum fratre bellum et Graecorum, qui sub eo militaverunt.

58. a—c. Ampel.

d. Iust. 5, 1—10

a. 15, 12

Alcibiades dux, vir genere copia opibus illustris, qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus ad Lacedaemoniorum confugit <exercitum> Peloponnensi bello et cum fecisset eos superiores afflictorum civium misertus rediit in patriam, et dux creatus iterum victores Athenienses fecit.

b. 14, 8

Lysander dux qui dominantem toto mari classem Atticam aput Aegospotamos oppressit et victis Atheniensibus XXX tyrannos inposuit.

e. 15, 13

Thrasybulus qui triginta magistratus Lacedaemonios tyrannidis dominatione saevientis

... dux eius (*sc. belli in Sicilia gesti*) Alcibiades absens Athenis insimulatur mysteria Cereris ... enuntiavisse. ... Lacedaemona se contulit ... (2, 1) ... motum adversus patriam bellum ... imperatoriis virtutibus adjuvat ... (3, 6) ... ab exercitu Alcibiades exul revocatur duxque classi constituitur ... (4, 2) proelio commisso victoria penes Athenienses fuit. (6, 1) Conon ... classem ... exornat ... (6, 9) omnes capti aut occisi ... (8, 4) Spartani ... pacem polliciti, si ... ex semet ipsis XXX rectores acciperent ... urbem Lacedaemonii formandam Lysandro tradiderunt ... (9) XXX rectores rei publicae constituuntur, qui fiunt tyranni ... (9, 6) Erat inter exules Thrasybulus ... qui ... adunatis exulibus castellum Phylen ... occupat. ... tyranni vincuntur ... (10, 4)



HISTORIAE PHILIPPICAE

facta coniuratione adflixit ut reversus in urbem exercitus  
 et libertatem Athenien- 5 XXX tyrannos emigrare . . .  
 sibus reddidit. iuberet.

*Ex eis quae apud Ampelium leguntur, nihil non in Cornelii  
 Nep. vitis inveniri viro doctissimo Woelfflin concedendum est  
 (cf. Nep. Alc. 1, 1. 3, 2. 5, 3. Lys. 1, 4. Thras. 1, 2. 5). Sed  
 10 cum Aßm. '41, 323 recte iudicaverit etiam in his operis Ampelii  
 partibus unum Ampelii fontem, sc. Nep., semper cum altero,  
 sc. Trogo, contaminatum esse, hos locos silentio praeterire  
 non licuit. Ceterum hae Ampelii nominationes, etiamsi totae  
 ex Trogo haustae essent, quanta sunt brevitate, ad Trogi  
 15 opus restituendum vix ullius essent momenti.*

*Duobus sane locis exemplorum scriptores, sc. Valerius  
 Max. et Frontinus, pontis modo inter Ampelium et Iustinum  
 intercedere videntur. Ad comparationem utile sit Iustini  
 verba hic fusius quam antea addere:*

e. Frontin. strat. 2, 1, 18

20 Lysander Lacedaemonius  
 adversus Athenienses apud  
 Aegospotamos instituit certo  
 tempore infestare naves 40  
 Atheniensium, dein revocare  
 25 classem. Ea re in consuetu-  
 dinem perducta, cum Athe-  
 nienses post digressum eius  
 ad contrahendas copias dis- 45  
 pergerentur, extendit ex  
 30 consuetudine classem et re-  
 cepit: tum hostium maxima  
 parte ex more dilapsa, reli-  
 quos adortus occidit <et> 50  
 universas naves cepit.

f. Iust. 5, 6, 1—9

Conon . . . classem maxi-  
 ma industria exornat . . . Ar-  
 mantur tamen senes aut im-  
 puberes pueri . . . Sed non  
 magnam bello moram aetas  
 fecit inbellis. Caeduntur pas-  
 sim aut fugientes capiun-  
 tur . . . Iterum tamen fortu-  
 nam maris experiundam de-  
 cernunt . . . Sed neque is mi-  
 les erat . . . neque eae vires,  
 quibus vincere consuerant  
 neque ea scientia milita-  
 ris . . . : itaque omnes aut  
 capti aut occisi.

g. Val. Max. 4, 1 ext. 4

35 Thrasybulus etiam hoc  
 loci adprehendendus est, qui

h. Iust. 5, 9, 1—10, 11

Tyranni miseris urbis reli-  
 quas caedibus et rapinis ex-



populum Atheniensem XXX<sup>20</sup> hauriunt . . . Fit igitur ex  
 tyrannorum saevitia sedes urbe passim omnium fuga . . .  
 suas relinquere coactum di- Erat inter exules Thrasybu-  
 persamque et vagam vitam lus . . . , qui audendum ali-  
<sup>5</sup> miserabiliter exigentem, ani- quid . . . pro salute commu-  
 nis pariter atque armis con-<sup>25</sup> ni . . . : (10) tyranni vincun-  
 firmatum in patriam redu- tur . . . (10, 1) Thrasybulus  
 xit. insignem deinde resti- exclamat: cur se victorem  
 tutione libertatis victoriam  
<sup>10</sup> clariorem aliquanto mode- fugiant potius quam ut vin-  
 rationis laude fecit: plebei<sup>30</sup> adiuvent? . . . Admonet  
 enim scitum interposuit, ne deinde cognationis, legum,  
 qua praeteritarum rerum sacrorum, . . . orat miserean-  
 mentio fieret. haec oblivio, tur exulum civium . . . red-  
<sup>15</sup> quam Athenienses amne- dant sibi patriam, accipiant  
 stian vocant, concussum et<sup>35</sup> libertatem . . . (9) Populus . . .  
 labentem civitatis statum in in urbem revocatur. Atque  
 pristinum habitum revo- ita per multa membra civi-  
 cavit. tas dissipata in unum tan-  
<sup>40</sup> qua dissensio ex ante actis  
 nasceretur, omnes iure iu-  
 rando obstringuntur discor-  
 diarum oblivionem fore.

i. *Cum ultimo loco cf. Nep. Thras. 3, 2: Praeclarum hoc*  
<sup>45</sup> *quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, cum plurimum*  
*in civitate posset, legem tulit, ne quis ante actarum rerum*  
*accusaretur neve multaretur, eamque illi oblivionis appella-*  
*runt. Primo aspectu fortasse Valerius artius cum Nepote*  
*quam cum Trogo cohaerere videtur; sed, praeter alia, id po-*  
<sup>50</sup> *tissimum notandum est vocabulum amnestian apud Ne-*  
*potem deesse, quod apud Trogum positum fuisse alioquin*  
*bene eius consuetudini conveniat. Ceterum hic et aliis locis*  
*observandum est quam prope Nepotis narratio absit cum a*  
*Iustino tum, ut videtur, ab ipso Trogo.*

<sup>55</sup> **59. a.** Frontin. strat. 4, 2, 5: Cyrus bello adversus  
 Persas quattuordecim milibus armatorum immensas difficul-



## HISTORIAE PHILIPPICAE

tates superavit: *cohaerere videntur cum Trogi narratione anabaseos Cyri;*

b. cf. Iust. 5, 11, 5–10 Cyrus . . . auxilia undique contrahit . . . Cyrus . . . interficitur . . . In eo proelio decem  
5 milia Graecorum in auxilio Cyri fuere.

*Numerum a Iustino praebitum ad hoplitas tantum spectare apparet; numerus Frontini errorem apud Xenophontem (anab. 1, 2, 9) occurrentem (Sophaineti copiis bis numeratis, cf. E. Meyer, Gesch. d. Altert. V § 833) repetere videtur; hunc  
10 numerum etiam Trogo attribuendum esse neque demonstrare neque infitari quisquam possit.*

### lib. 6

Prol. libri 6: Sexto volumine continentur haec. Bellum Lacedaemoniorum gestum in Asia cum Persicis praefectis, ducibus belli Dercylide et Agesilao, usque ad proelium na-  
15 vale factum Cnido: quo victis illis Athenienses repetiere imperium. Dein bellum Corinthiacum et bellum Boeotium, quo Leuctris et Mantineae victi Spartani amisere imperium. In Thessalia deinde Iasonis et post illum Alexandri Epirei coalitum atque extinctum imperium. Tum sociale bellum  
20 gestum adversus Athenienses a Chiis et Rhodiis et Byzantiis. Transitus hinc ad res Macedonicas.

60. Prisc. inst. 6, 11, 63 (= *gramm. II 248, 2*): Trogus Pompeius in libro VI: inde Scepsim petit, quo se Medias interfecta socru contulerat. Is a Derculide petito colloquio.

25 cf. *Xenoph. Hell. 3, 1, 19; Ephoros 70 F 71; apparet Trogum diligentius quam Iust. (6, 1, 2 sqq.) de his proeliis locutum fuisse. Quare probabile est etiam de aliis ducibus, velut de Clearcho, Trogum mentionem fecisse, quae coniectura fulciri videtur sequentibus locis:*



61. a. Val. Max. 2, 7  
ext. 2

b. Frontin. strat. 4, 1, 17

Clearchus dux Lacedae-

Clearchus vero Lacedae-<sup>10</sup> moniorum exercitui dicebat  
moniorum dux egregio dicto imperatorem potius quam  
disciplinam militiae contine- hostem metui debere, signi-  
bat, identidem exercitus sui ficans eos, qui in proelio  
<sup>5</sup> auribus inculcando a militi- dubiam mortem timuissent,  
bus imperatorem potius <sup>15</sup> certum, si deseruissent, ma-  
quam hostem metui de- nere supplicium.  
bere . . .

*Frontinum non recta via ex Valerio Max. hausisse demon-  
strat A. Klotz, SBMünchen 1942, 36; Trogum ultimum fontem  
esse ex ceteris rationibus inter utrumque auctorem et Trogum  
<sup>20</sup> intercedentibus conicere licet, neque refert, si collectio exem-  
plorum interponatur (sic Klotz l. l.); ceterum dubitare possis  
utrum haec res libro 6 an potius fini libri 5 (Cyri anabasis;  
cf. Xenoph. Anab. 2, 6, 10) inserenda sit.*

62. Ampel. 14, 10: Agesilaus cuius inventum est in  
<sup>25</sup> hostili quam in sua terra pugnare: ideoque in Asiam missus  
vastata ea cum iam regi immineret revocatus Athenienses  
apud Coroneam vicit. Postea apud Corinthios fleuit, quod  
decem milia Graecorum occisa cognovisset, nec voluit  
Corinthum delere cum posset.

<sup>30</sup> *Hic Ampelii locus, quamquam artius cum Corn. Nep. Ages.  
2–5 quam cum Iust. 6, 2, 7 sqq. coit, tamen recipiendus erat:  
cf. supra ad fr. 58i.*

63. a. Ampel. 32b 4: Epaminon⟨das⟩ qui Thebas Grae-  
corum\*\*\*; et hic, ut supra fr. 55, Trogi enuntiatum aliquod  
<sup>35</sup> sub Ampelii verbis corruptis latere videtur.

b. cf. Iust. 6, 4, 4 . . . civitas (sc. Thebanorum) . . . vir-  
tute Epaminondae ducis ad spem imperii Graeciae erecta  
est.



HISTORIAE PHILIPPICAE

64. a. Ampel. 15, 16: Ipicrates rei militaris peritissimus, qui arma habiliore pondere et modo fecit.

b. cf. Iust. 6, 5, 2-5: Athenienses . . . exercitum . . . per Iphicraten, XX quidem annos natum, sed magnae indolis iuvenem, duci iubent. Huius adolescentis supra aetatem virtus admirabilis fuit, nec umquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces aut spei maioris aut indolis maturioris imperatorem habuerunt, in quo non imperatoriae tantum, verum et oratoriae artes fuere.

10 c. Nep. Iph. 1, 1 sq.: Fuit enim talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur . . .; saepe exerciti-  
bus praefuit . . . semper consilio vicit . . . Namque ille pe-  
15 destria arma mutavit; quum ante illum imperatorem ma-  
ximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur, ille e contrario peltam pro parma fecit, a quo postea pel-  
tastae pedites appellantur, ut ad motus concursusque  
essent leviores; hastae modum duplicavit; gladios longiores  
fecit. Idem genus loricarum mutavit et pro sertis atque  
20 aeneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit;  
nam pondere detracto quod aequae corpus teget et leve  
esset curavit.

*Quamquam quae Ampelius narrat omnia ad Nepotem referri possunt, tamen et hic locus eodem modo atque supra*  
25 *fr. 58 et 62 recipiendus erat. Praeterea notandum est Nepotis et Iustini verba affinitate quadam inter se coniuncta videri, ut ea, quae apud Nepotem inveniantur, simili modo etiam apud Trogum desideranda sint.*

65. a. Frontin. strat.

3, 11, 5

Epaminondas Mantinia(e),  
30 cum Lacedaemonios in sub-  
sidium hosti venisse animad-  
verteret, ratus posse Lace-  
daemonem occupari, si clam 40  
illo profectus esset, nocte cre-

b. Iust. 6, 7, 1-9

35 . . . cum quasi tacito con-  
sensu indutiae essent Lace-  
daemoniis . . ., Thebani  
Epaminonda duce occu-  
pandae urbis eorum spem  
ceperunt. Igitur principio  
noctis taciti Lacedaemona



5  
 10  
 15  
 20  
 25  
 30  
 35  
 40  
 45  
 50  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 105  
 110  
 115  
 120  
 125  
 130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 165  
 170  
 175  
 180  
 185  
 190  
 195  
 200  
 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230  
 235  
 240  
 245  
 250  
 255  
 260  
 265  
 270  
 275  
 280  
 285  
 290  
 295  
 300  
 305  
 310  
 315  
 320  
 325  
 330  
 335  
 340  
 345  
 350  
 355  
 360  
 365  
 370  
 375  
 380  
 385  
 390  
 395  
 400  
 405  
 410  
 415  
 420  
 425  
 430  
 435  
 440  
 445  
 450  
 455  
 460  
 465  
 470  
 475  
 480  
 485  
 490  
 495  
 500  
 505  
 510  
 515  
 520  
 525  
 530  
 535  
 540  
 545  
 550  
 555  
 560  
 565  
 570  
 575  
 580  
 585  
 590  
 595  
 600  
 605  
 610  
 615  
 620  
 625  
 630  
 635  
 640  
 645  
 650  
 655  
 660  
 665  
 670  
 675  
 680  
 685  
 690  
 695  
 700  
 705  
 710  
 715  
 720  
 725  
 730  
 735  
 740  
 745  
 750  
 755  
 760  
 765  
 770  
 775  
 780  
 785  
 790  
 795  
 800  
 805  
 810  
 815  
 820  
 825  
 830  
 835  
 840  
 845  
 850  
 855  
 860  
 865  
 870  
 875  
 880  
 885  
 890  
 895  
 900  
 905  
 910  
 915  
 920  
 925  
 930  
 935  
 940  
 945  
 950  
 955  
 960  
 965  
 970  
 975  
 980  
 985  
 990  
 995

bros ignes fieri iussit, ut specie proficiscuntur, non tamen  
 remanendi occultaret profec- adgredi incautos potue-  
 tionem. sed a transfuga prodi- runt . . . Pauci igitur susti-  
 tus, adsecuto exercitu Lace- nuere senes aciem . . . In  
 5 daemoniorum, itinere quidem eo proelio duo duces ho-  
 quo Spartam petebat destitit, 20 stium cecidere, cum inte-  
 idem tamen consilium con- rim Agesilai adventu nun-  
 vertit ad Mantinienses: aequo tiato Thebani recessere.  
 enim ignibus factis Lacedae-  
 10 monios, quasi maneret, fru-  
 stratus per quadraginta milia  
 passuum revertit Mantiniam  
 eamque auxilio destitutam  
 occupavit.

Trogi narratio ex Frontini et Iustini additione quadam  
 restituitur. Ad rem cf. Xenoph. Hell. 7, 5, 4–14. Diod. 15,  
 25 82 sq. Plut. Ages. 34. Polyb. 9, 8. Aen. Tact. 2, 2. Isokr.  
 ep. 9, 4. Polyæn. 2, 3, 10.

66. Frontin. strat. 2, 2, 12: Epaminondas dux The-  
 banorum adversus Lacedaemonios directurus aciem, pro  
 fronte eius decurrere equitibus iussis, cum ingentem pul-  
 30 verem hostium oculis obiecisset expectationemque eque-  
 stris certaminis praetendisset, circumducto pedite ab ea  
 parte, ex qua decursus in aversam hostium aciem ferebat,  
 inopinantium terga adortus cecidit.

Strategema a Trogo praebitum Iustinus (6, 7, 10–11)  
 35 praetermisit. cf. Polyæn. 2, 3, 14. Nomen urbis Mantineae  
 apud utrumque Trogi excerptorem deest, sed Trogum Man-  
 tineam recte nominavisse ex fr. 65 apparet.

67. a. Val. Max. 3, 2 ext. 5: . . . Epaminondas, maxima  
 Thebarum felicitas idemque Lacedaemonis prima clades, cum  
 40 vetustam eius urbis gloriam invictamque ad id tempus  
 publicam virtutem apud Leuctram et Mantineam secundis  
 proeliis contudisset, traiectus hasta, sanguine et spiritu  
 deficiens, recreare se conantes primum an clypeus suus



## HISTORIAE PHILIPPICAE

salvus esset, deinde an penitus fusi hostes forent interroga-  
 vit. Quae postquam ex animi sententia conperit, 'non  
 finis', inquit, 'commilitones, vitae meae, sed melius et †  
 athius initium advenit: nunc enim vester Epaminondas  
 5 nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu et auspiciis meis  
 caput Graeciae factas video, et fortis et animosa civitas  
 Spartana iacet armis nostris abiecta; amara dominatione  
 Graecia liberata est. Orbus quoque non tamen sine liberis  
 morior, quoniam mirificas filias Leuctram et Mantineam  
 10 relinquo'. e corpore deinde suo hastam educi iussit eoque  
 vultu expiravit, quo, si eum di immortales victoriis suis  
 perfrui passi essent, sospes patriae moenia intrasset.

b. *Cum priore capitis parte coit Iust. 6, 8, 11–13: (Epam.)*  
 ut relatus in castra semianimis vocem spiritumque collegit,  
 15 id unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi  
 scutum ademisset hostis. Quod ut servatum audivit adla-  
 tumque veluti laborum gloriaeque socium osculatus est,  
 iterum quaesivit, utri vicissent. Ut audivit Thebanos, bene  
 habere se rem dixit atque ita velut gratulabundus patriae  
 20 exspiravit. *Ex quo conicere licet etiam apophthegma duorum*  
*proeliorum metaphorice filiarum loco habitorum aliquo modo*  
*apud Trogum occurrisse, quamquam et orationem rectam*  
*neque nihil fuci rhetorici Trogo potius abiudices. Ceterum*  
*cum Valerio Max. coit Diod. 15, 87; cf. Enmann 1880, 110 et,*  
 25 *illum optime corrigens, Crohn 7, 6.*

**68. a.** Ampel. 15, 18: Chabrias dux qui gladiatoria arte  
 pugnare militem docuit, Cipron et Naxon et omnes Asiaticas  
 insulas Athenis adiunxit, et circa Chion navali bello occidi  
 maluit quam abiectis armis enatare.

30 **b.** *cf. Nep. Chabr. 1, 2 . . . phalangem loco vetuit cedere*  
*obnixoque genu scuto, proiecta hasta impetum excipere*  
*hostium docuit . . . Hoc usque in tota Graecia fama celebra-*



tum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit . . .  
 ex quo factum est, ut postea athletae ceterique artifices iis  
 statibus in statuis ponendis uterentur, in quibus victoriam  
 essent adepti . . . (2, 1) . . . in Europa bella administravit . . .  
 5 Cypri . . . Aegyptiae classi praefuit . . . (4, 1) . . . Oppugnabant  
 Athenienses Chium. Erat in classe Chabrias privatus . . .  
 Hinc refugere cum posset, si se in mare deiecisset, quod  
 suberat classis Atheniensium quae exciperet natantes,  
 perire maluit quam armis abiectis navem relinquere in qua  
 10 fuerat vectus.

*Primo aspectu Ampelii verba omnia ex Nepote deduci  
 posse existimes simili modo atque supra fr. 58. 62. 64; sed  
 verba Naxon et omnes Asiaticas insulas apud Nepotem  
 desunt, ex quo concluditur Ampelium alium fontem sive  
 15 totum sive praeter Nepotem secutum esse, quem Trogi opus  
 fuisse ex ceteris locis verisimile est. Cf. etiam prologi verba:  
 sociale bellum gestum adversus Athenienses a Chiis eqs.,  
 ex quibus apparet nominationem Chabriae fini potissimum  
 libri 6 inserendam esse.*

20 *e. Trogum de Chabria fusius locutum esse probatur etiam  
 strategemate Frontin. 1, 4, 14: Chabrias Atheniensis, cum  
 adire portum Samiorum obstante navali hostium praesidio  
 non posset, paucas e suis navibus praeter portum missas  
 iussit transire, arbitratus, qui in statione erant, persecutu-  
 25 ros: hisque per hoc consilium avocatis, nullo obstante por-  
 tum cum reliqua adeptus est classe. Hanc rem e Trogo  
 excerptam esse verisimile est, cum et antecedentia stratege-  
 mata ex eodem sint sumpta (cf. infra fr. 70) et alius auctor,  
 qui eadem narret, praeter Polyæn. 3, 10, 10. 12, desit.*

30 *cf. etiam infra fr. 110.*

lib. 7

Prol. libri 7: Septimo volumine continentur origines  
 Macedonicae regesque a conditore gentis Carano usque ad  
 magnum Philippum: ipsius Philippi res gestae usque ad  
 captam urbem Mothonen. Additae in excessu Illyriorum et  
 35 Paeonum origines.

*(Ampel. 16, 1 cf. fr. 72a, ad lib. 9).*



HISTORIAE PHILIPPICAE

lib. 8

Prol. libri 8: Octavo volumine continentur res gestae Philippi magni post captam urbem Mothonen, a principio belli Phocensis, quod sacrum vocant, usque ad finem eius: interiectumque huic bellum, quod Philippus cum Chalcidicis  
 5 urbibus gessit, quarum clarissimam delevit Olynthon. Ut Illyrici reges ab eo victi sunt, et Thracia atque Thessalia subactae, et rex Epiro datus Alexander eiecto Arybba, et frustra Perinthos oppugnata.

69. a. Ampel. 15, 17: Phocion qui vir bonus cognominatus est neque ulla pecunia a Philippo potuit sollicitari.  
 10

b. cf. Nep. Phoc. 1: Phocion . . . cognomine Bonus est appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, cum divitissimus esse posset . . . Hic cum a rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret legatique hortarentur accipere simulque  
 15 admonerent, si ipse iis facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam, his ille: 'Si mei similes erunt, idem hic' inquit 'agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis  
 20 illorum ali augerique luxuriam'.

*Apud alios auctores traditur Phocionem pecuniam non a Philippo, sed ab Alexandro oblatam repudiavisse (Plut. Alex. 39. Phoc. 18. apophth. 188. Ael. var. hist. 1, 25. 11, 9. Stob. flor. 37); Phocionem autem alia occasione illud apophthegma dicentem faciunt, scilicet argentum, quod postea Menyllus, Antipatris dux Munychiae, ei obtulit, repudiantem et de unico filio Phoco mentionem facientem: Plut. Phoc. 30. Et hic locus quamvis cum Nepote consentiens adferendus est eadem de causa, quam supra ad fragmentum antecedens  
 25 addidi. Si recte suspiceris Trogum huius rei fortasse mentionem fecisse, inter ea, quae libro 8 vel 9 narrantur, inserenda esset, quamvis neque locus diligentius definiendus neque res ipsa satis demonstranda sit.*

*(De Ampel. 16, 1 cf. fr. 72). De Frontin. 2, 5, 19 fortasse  
 35 ad lib. 7 vel 8 trahendo cf. supra praef. p. XII.*



lib. 9

Prol. libri 9: Nono volumine continentur haec. Ut Philippus a Perintho summotus. Byzantii origines, a cuius obsidione summotus Philippus Scythiae bellum intulit. Repetitae inde Scythicae res ab his temporibus, in quibus illa  
 5 prius finierant, usque ad Philippi bellum, quod cum Athea Scythiae rege gessit. Unde reversus Graeciae bellum intulit victisque Chaeroneae, cum bella Persica moliretur praemissa classe cum ducibus, a Pausania occupatis angustiis nuptiarum filiae occisus est, priusquam bella Persica in-  
 10 choaret. Repetitae res inde Persicae ab Dario Notho, cui successit filius Artaxerxes cognomine Mnemon, qui post fratrem Cyrum victum pulsaque Cnido per Conona classe Lacedaemoniorum bellum cum Euagora rege Cyprio gessit: originesque Cypri repetit.

70. a. Frontin. strat. 1, 3, 4

e. Iust. 9, 1

15 Byzantii adversus Philippum omne proeliandi discrimen evitantes, omissa etiam finium tutela, intra munitiones oppidi se receperunt adsecutique sunt, ut  
 20 Philippus obsidionalis morae impatientis recederet.

Philippus . . . bellum toti Graeciae inferre statuit, in cuius emolumentum egregie pertinere ratus, si Byzantium . . . in potestatem rede-gisset, eandem . . . cinxit. Haec namque urbs . . . Atheniensium iuris habita est . . . Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus pecuniae commercium de piratica mutuatur . . . Deinde, ne unius urbis obpugnatione tantus exercitus teneretur,

b. Frontin. strat. 1, 4, 13a

Idem (*sc. Phil.*) quia Cherronesum, quae iuris Atheniensium erat, occupare prohibebatur, tenentibus  
 25 transitum non Byzantium tantum, sed Rhodiorum quoque et Chiorum navibus, conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat, quasi sequestres futuros  
 30 ordinandae pacis inter se atque



## HISTORIAE PHILIPPICAE

Byzantios, qui causa belli erant: profectus cum fortis-  
tractaque per magnum tempus simis multas Cherso-  
postulatione, cum de industria sub- 10 nensi urbes expu-  
inde aliquid in condicionibus gnat . . .  
5 retexeret, classem per id tempus  
praeparavit eaque in angustias  
freti inparato hoste subitus evasit.

*Apud Frontinum Trogi continuam narrationem in duo  
strategemata distractam esse ex verborum coincidentia appa-  
ret, quare quae Iustinus exhibet, admodum confidenter e Fron-  
15 tino supplendum est. cf. Polyæn. 4, 2, 21, qui a Trogi ver-  
sione aberrat. Ceterum hic notetur etiam ea quae Frontin.  
1, 4, 12 et 13 praebet, vix ex alio fonte quam e Trogo fluxisse  
(similia, attamen aberrantia nemo nisi Polyæn. 2, 11 et 4, 2  
trahit), sed neque locum, quo haec strategemata inserenda  
20 sint, diligentius definire neque hanc suspicionem satis firmis  
argumentis fulcire licet.*

### 71. a. Frontin. strat.

2, 1, 9

Philippus ad Chaeroniam  
memor sibi esse militem longo  
usu duratum, Atheniensibus 35  
25 acrem quidem, sed inexercita-  
tum et in impetu tantum vio-  
lentum, ex industria proelium  
trahit: moxque languentibus  
iam Atheniensibus concita-  
30 tius intulit signa et ipsos ce-  
cidit.

### b. Iust. 9, 3, 9—10

Proelio commisso, cum  
Athenienses longe maiore  
militum numero praesta-  
rent, adsiduis bellis indu-  
rata virtute Macedonum  
vincuntur. Non tamen in-  
memores pristinae gloriae  
cecidere . . .

40 72. a. Ampel. 16, 1: Philippus Amintae filius primus  
Macedonum obtinuit Thraciam redegitque in suam pote-  
statem; et cum transire in Asiam vellet, sub ipso belli ap-  
paratu in theatro a Pausania est interfectus.



b. *Haec contracta esse videntur ex Trogi libris 7–9; cf. Iust. 7, 4, 3 sqq. regnum Macedoniae ad Amyntam . . . pervenit . . . , qui . . . tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam et Philippum Alexandri Magni . . . patrem. 8, 3, 12 sqq. inde . . . argenti metalla in Thracia occupat (add. prol. 8: Thracia atque Thessalia subactae) . . . regnoque utrumque (sc. regem Thraciae) . . . spoliavit. 9, 1, 2 . . . si Byzantium . . . in potestatem redegisset . . . 9, 5, 5 neque enim dubium erat imperium Persarum his apparatibus peti . . . 9, 6, 3*  
 10 Sed nec ludorum magnificentia deerat; ad quorum spectaculum Philippus cum . . . contenderet, Pausanias . . . Philippum obtruncat.

**73.** Ampel. 15, 14: Conon dux qui omnes Lacedaemoniorum copias apud Cnidum insulam cepit et imperium  
 15 maris Athenis restituit.

*cf. finem prologi (pulsaque Cnido per Conona classe Lacedaemoniorum); Nep. Conon 4, 4. 5, 2. Verisimile est Trogum bis de proelio ad Cnidum facto mentionem fecisse: Aßm. '35 ad l. affert, praeter Nepotem, Iust. 6, 5, 9; sed ex*  
 20 *prologo apparet fine libri 9 de his rebus fusius narratum esse, quae omnia Iustinus silentio praeteriit; quare Ampelii verba potius hoc loco quam ad lib. 6 (ad fr. 64 circiter) inserenda erant.*

lib. 10

Prol. libri 10: Decimo volumine continentur Persicae  
 25 res. Ut Artaxerxes Mnemon pacificatus cum Euagora rege Cyprio bellum Aegyptium in urbe Ace compararit, ipse in Cadusis victus, defectores in Asia purpuratos suos persecutus, primum Dotamen praefectum <Paphlagoniae>. Paphlagonon origo repetita: deinde praefectum Hellesponti  
 30 Ariobarzanen, deinde in Syria praefectum Armeniae Oronten, omnibusque victis decesserit filio successore Ocho.



## HISTORIAE PHILIPPICAE

Is deinde occisis optimatibus Sidona cepit: Aegypto bellum ter intulit. Ut post mortem Ochi regnarit Arses, deinde Darius, qui cum Alexandro Macedonum rege bello confligit.

### lib. 11

Prol. libri 11: Undecimo volumine continentur res gestae Alexandri Magni usque ad interitum regis Persarum Darii, dictaeque in excessu origines et reges Cariae.

74. Ampel. 16, 2: Alexander Philippi et Olimpiadis filius ex urbe Pella Macedoniae cum milibus XL militum <cum> in Asiam transisset, Darium regem Persarum primum apud Granicum flumen tum apud Issum Ciliciae tertio apud Arbela tribus praeliis trecenta peditum quinquaginta equitum duo milia falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum et omnes Asiae gentes sub potestate sua redegit et nobilissimas urbes Asiae cepit Sardes Bactra Susa Babyloniam; ubi etiam defunctus dubium a vinolentia an veneno, cum tamen prius et Africam peragrasset usque ad Iovem Ammonem et Oceanum primus omnium navigasset.

*Excerptum ex Trogi libris 11–13. Quantum opus est, suo quoque loco ad hoc fragmentum relegabitur. (De forma nominis Babyloniam cf. supra fr. 37 et 39).*

75. a. Frontin. strat. 2, 11, 3	b. Iust. 11, 5, 1–3
Alexander devicta perdomitaque Thracia petens Asiam, veritus, ne post ipsius discessum sumerent arma, reges eorum praefectosque et omnis, quibus videbatur inesse	(Alex.) proficiscens ad Persicum bellum... reges stipendiarios conspectioris ingenii ad connilitium secum tra-



cura detractae libertatis, secum velut honoris causa traxit, ignobiles autem relictis plebeiosque praefecit, consecutus, uti principes  
 5 beneficiis eius obstricti nihil novare vellent, plebs vero ne posset quidem spoliata principibus.

10 *cf. Crohn p. 47 sq.; huc spectat initium fr. 74; ex Ampelio solo elucet Trogum hac in re urbem Pellam nominavisse.*

76. a. Frontin. strat. 1, 11, 14: Alexander Macedo sacrificaturus inscripsit medicamento haruspicis manum, quam ille extis erat suppositurus. Litterae significabant  
 15 victoriam Alexandro dari: quas cum iecur calidum rapuisset et a rege militi esset ostensum, auxit animum tamquam deo spondente victoriam.

b. *cf. Iust. 11, 5, 6–8: priusquam ulla navis litore excederet, hostias caedit petens victoriam bello . . . Sed nec*  
 20 *exercitus eius alia quam regis animorum praesumptio fuit . . .; idem fere tradunt Polyæn, 4, 3, 14. Plut. Apophth. Lacon. Agesil. magni 77 (Gundermann in conspectu locorum p. 146).*

77. a. Frontin. strat.  
 4, 2, 4

Alexander Macedo XL  
 25 milibus hominum iam inde a Philippo patre disciplinae adsuefactis orbem terrarum adgressus innumerabiles hostium copias vicit.

b. Iust. 11, 6, 2–5

30 In exercitu eius fuere perditum XXXII milia, equitum IV milia quingenti, naves centum octoginta duae. Hac tam parva manu universum terrarum orbem utrum sit admirabilius vicerit an adgredi ausus fuerit incertum est. Cum ad tam periculosum bellum exercitum  
 40 legeret, non iuvenes robustos nec primum florem aetatis, sed veteranos, plerosque etiam emeritae militiae, qui cum patre patruisque mili-



taverant, elegit, ut non tam milites quam magistros militiae electos putares.

*Eundem numerum atque Frontinus praebet Ampelius, supra 5 fr. 74; Iustini numeri in universum efficiunt 36500 homines praetermissis, ut videtur, nautis et eiusmodi auxiliis, ut summam 40 fere milium etiam Trogo tribuas. sed cf. etiam Liv. 35, 14, 6 sq., qui numero praetermisso similia verba atque Frontinus exhibet: (Hannibal Africano respondit:) fuisse maxi-  
10 mum imperatorem . . . Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset . . .; res ipsa apud Livium per Claudium Quadrigarium ex Acilio hausta videtur esse (cf. A. Klotz, Liv. und seine Vorgänger I 1940, p. 94). cf. Plut. Alex. 15. Diodor. 17, 17. (ad eundem Livii  
15 locum cf. infra fr. 138c).*

78. a. Curt. 3, 1,  
11—18

Phrygia erat, per quam  
ducebatur exercitus: pluri-  
bus vicis quam urbibus fre-  
quens tunc habebat nobi-  
20 lem quondam Midiae re-  
giam. Gordium nomen est  
urbi, quam Sangarius am-  
nis praeterfluit pari inter-  
vallo Pontico et Cilicio  
25 mari distantem. Inter haec 45  
maria angustissimum Asiae  
spatium esse conperimus  
utroque in artas fauces con-  
pellente terram. Quae quia  
30 continenti adhaeret, sed 50  
magna ex parte cingitur  
fluctibus, speciem insulae  
praebet ac, nisi tenue dis-  
crimen obiceret, quae nunc

b. Iust. 11, 7, 3—16

35 Post haec Gordien urbem  
petit, quae posita est inter  
Phrygiam maiorem et mino-  
rem; cuius urbis potiundae  
non tam propter praedam cu-  
40 pido eum cepit, sed quod  
audierat in eâ urbe in templo  
Iovis iugum Gordii positum,  
cuius nexum si quis solvisset,  
eum tota Asia regnaturum  
45 antiqua oracula cecinisse. Hu-  
ius rei causa et origo illa fuit.  
Gordius cum in his regionibus  
bubus conductis araret, aves  
eum omnis generis circum-  
50 volare coeperunt. Profectus  
ad consulendos augures vi-  
cinae urbis obviam in porta  
habuit virginem eximiae pul-  
chritudinis; percontatus eam,



dividit maria, conmitteret. Alexander urbe in dicionem  
 suam redacta Iovis tem- 40 consulendi, gnara artis ex  
 plumintrat. Vehiculum, quo disciplina parentum, regnum  
 5 Gordium, Midae patrem, ei portendi respondit pollice-  
 vectum esse constabat, a- turque se et matrimonii et  
 spexit cultu haud sane a spei sociam. Tam pulchra con-  
 vilioribus vulgatisque usu 45 dicio prima regni felicitas  
 abhorrens. Notabile erat videbatur. Post nuptias inter  
 10 iugum adstrictum complu- Phrygas orta seditio est. Con-  
 ribus nodis in semet ipsos sulentibus de fine discordia-  
 implicatis et celantibus nex- rum oracula responderunt re-  
 xus. Incolis deinde adfir- 50 gem discordiis opus esse. Ite-  
 mantibus editam esse ora- rato quaerentibus de persona  
 15 culo sortem, Asiae potitu- regis, iubentur eum regem  
 rum, qui inexplicabile vin- observare, quem reversi pri-  
 culum solvisset, cupido in- mum in templum Iovis eun-  
 cessit animo sortis eius ex- 55 tem plastro repperissent. Ob-  
 plendae. Circa regem erat vius illis Gordius fuit, statim-  
 20 et Phrygum turba et Mace- que eum regem consalutant.  
 donum, illa expectatione Ille plastrum, quo vehenti  
 suspensa, haec sollicita ex regnum delatum fuerat, in  
 temeraria regis fiducia: 60 templo Iovis positum maie-  
 quippe serie vinculorum ita stati regiae consecravit. Post  
 25 adstricta, ut unde nexus hunc filius Mida regnavit, qui  
 inciperet quove se conde- ab Orpheo sacrorum sollemni-  
 ret, nec ratione nec visu bus initiatus Phrygiam reli-  
 perspici posset, solvere ad- 65 gionibus inplevit, quibus tu-  
 gressus iniecerat curam ei, tior omni vita quam armis  
 30 ne in omen verteretur irri- fuit. Igitur Alexander capta  
 tum inceptum. Ille nequa- urbe cum in templum Iovis  
 quam diu luctatus cum venisset, iugum plastrum requi-  
 latentibus nodis: 'Nihil', in- 70 sivit, quo exhibito, cum ca-  
 quit, 'interest quomodo sol- pita loramentorum intra no-  
 35 vantur', gladioque ruptis dos abscondita reperire non  
 omnibus loris oraculi sor- posset, violentius oraculo usus  
 tem vel elusit vel implevit. gladio loramenta caedit atque  
 75 ita resolutis nexibus latentia  
 in nodis capita invenit.



HISTORIAE PHILIPPICAE

Quamquam in universum eos tantum Curtii locos afferre solitus sum, quibus tertius auctor, cuius alioquin coniunctio cum Trogo constat, accedit, hanc nodi Gordii narrationem recipere utile videbatur, non solum quia hic primum Curtium  
 5 fusius iuxta Iustinum ponere licet, sed inprimis ideo quod hic ex comparatione Curtii et Iustini utriusque auctoris modus narrandi — sive exornandi sive abbreviandi — admodum luculente perspicui potest.

79. a. Val. Max. 3, 8 ext. 6

b. Iust. 11, 8, 3—9

... Alexander Macedonum rex 35  
 10 incluta iam pugna excellentissimis opibus Darei contusis aestu et itineris fervore in Cilicia percalefactus Cydno, qui aquae liquore conspicuus Tarson inter- 40  
 15 fluit, corpus suum inmersit. Subito deinde ex nimio haustu frigoris obstupefactis nervis ac torpore hebetatis artubus maxima cum exanimatione totius exer- 45  
 20 citus in oppidum castris propinquum defertur, iacebat aeger Tarsi inque valetudine eius adversa instantis victoriae spes fluctuabat. Itaque convocati me- 50  
 25 dici adtentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant. Quorum cum ad unam potionem <se> sententiae direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus 55  
 30 temperatam Alexandro — erat autem ipsius amicus et comes — porrexisset, a Parmenione missae litterae superveniunt admo-  
 nentes, ut rex insidias Philippi 60 cunia esse. Tutius tamen

(Alex.) cum Tarsum venisset, captus Cydni fluminis amoenitate per mediam urbem influentis proiectis armis plenus pulveris ac sudoris in praefrigidam undam se proiecit; cum repente tantus nervos eius occupavit rigor, ut interclusa voce non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur. Unus erat ex medicis, nomine Philippus, qui solus remedium pollicetur; sed et ipsum Parmenionis pridie a Cappadocia missae epistulae suspectum faciebant, qui ignarus infirmitatis Alexandri scripserat, a Philippo medico cave- ret, nam corruptum illum a Dario ingenti pecunia esse. Tutius tamen



perinde ac pecunia corrupti a Dareo caveret. quas cum legis-  
 set, sine ulla cunctatione medi-  
 camentum hausit ac tum legen-  
 5 das Philippo tradidit. pro quo 15  
 tam constanti erga amicum iudi-  
 cio dignissimam a dis immortalibus  
 mercedem recepit, qui incolumitatis  
 eius praesidium falso  
 10 interpellari indicio noluerunt. 20  
 ratus dubiae se fidei medici credere  
 quam indubitato morte perire. Ac-  
 cepto igitur poculo epistulas medico  
 tradidit atque ita inter bibendum  
 oculos in vultum legentis intendit.  
 Ut securum conspexit, laetior factus  
 est sanitatemque quarta die recepit.

e. Curt. 3, 4, 14 – 6, 16: . . . pervenit ad urbem Tarson . . . Mediam Cydnus amnis . . .  
 25 interfluit, et tunc aestas erat, cuius calor non aliam magis quam  
 Ciliciae oram vapore solis accendit, et diei fervidissimum tempus esse coeperat.  
 Pulvere simul ac sudore perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum  
 adhuc corpus ablueret; itaque veste deposita in conspectu agminis –  
 decorum quoque 30 futurum ratus, si ostendisset suis levi et parabili cultu  
 corporis se esse contentum – descendit in flumen. Vixque ingressi subito  
 horrore artus rigere coeperunt, pallor deinde suffusus est et totum  
 propemodum corpus vitalis calor liquit. Expiranti similem ministri manu  
 excipiunt nec satis 35 compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens sollicitudo  
 et paene iam luctus in castris erat: flentes querebantur in tanto impetu  
 cursuque rerum omnis aetatis ac memoriae clarissimum regem non in acie  
 saltem, non ab hoste deiectum, sed abluentem aqua corpus ereptum esse  
 et extinctum. 40 Instare Dareum victorem, antequam vidisset hostem. Sibi  
 easdem terras, quas victoria peragrassent, repetendas; omnia aut ipsos  
 aut hostes populos. Per vastas solitudines, etiam si nemo insequi velit,  
 euntes fame atque inopia debellari posse. Quem signum daturum fugientibus?  
 Quem 45 ausurum Alexandro succedere? Iam ut ad Hellespontum fuga penetrarent,  
 classem, qua transeant, quem praeparatum? Rursus in ipsum regem misericordia  
 versa illum



florem iuventae, illam vim animi, eundem regem et commilitonem divelli a se et abrumpi inmemores sui querebantur. Inter haec liberius meare spiritus coeperat, adlevaratque rex oculos et paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat, laxataque vis morbi ob hoc solum videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. Animi autem aegritudo corpus urgebat: quippe Dareum quinto die in Cilicia fore nuntiabatur. Vinctum ergo se tradi et tantam victoriam eripi sibi ex manibus obscuraque et ignobili morte in tabernaculo extinguere se querebatur. Admissisque amicis pariter ac medicis: 'In quo me', inquit, 'articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor et, qui ultro intuli bellum, iam provocor. Dareus ergo, cum tam superbas litteras scriberet, fortunam meam in consilio habuit, sed nequiquam, si mihi arbitrio meo curari licet. Lenta remedia et segnes medicos non expectant tempora mea: vel mori strenue quam tarde convalescere mihi melius est. Proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant me non tam mortis quam belli remedium quaerere'. Ingentem omnibus incusserat curam tam praeceps temeritas eius. Ergo pro se quisque precari coepere, ne festinatione periculum auget, sed esset in potestate medentium: inexperta remedia haud iniuria ipsis esse suspecta, cum ad perniciem eius etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis. Quippe Dareus mille talenta interfectori Alexandri daturum se pronuntiari iusserat. Itaque ne ausurum quidem quemquam arbitrabantur experiri remedium, quod propter novitatem posset esse suspectum. (6) Erat inter nobiles medicos ex Macedonia regem secutos Philippus, natione Acarnan, fidus admodum regi: puero comes et custos salutis datus non ut regem modo, sed etiam ut alumnum eximia caritate diligebat. Is non praeceps se, sed strenuum remedium adferre tantamque vim morbi portione medicata levaturum esse promisit. Nulli promissum eius placebat praeter ipsum, cuius periculo pollicebatur. Omnia quippe facilius quam moram perpeti poterat: arma et acies in oculis erant, et victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset, id ipsum,



quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset —  
 ita enim medicus praedixerat — aegre ferens. Inter haec a  
 Parmenione, fidissimo purpuratorum, litteras accipit, qui-  
 bus ei denuntiabat, ne salutem suam Philippo committeret:  
 5 mille talentis a Dareo et spe nuptiarum sororis eius esse cor-  
 ruptum. Ingentem animo sollicitudinem litterae incusse-  
 rant, et, quidquid in utramque partem aut metus aut spes  
 subiecerat, secreta aestimatione pensabat. 'Bibere perse-  
 verem? ut, si venenum datum fuerit, ne inmerito quidem,  
 10 quidquid acciderit, evenisse videatur? Damnem medici  
 fidem? In tabernaculo ergo me opprimi patiar? At satius  
 est alieno me mori scelere quam metu nostro'. Diu animo  
 in diversa versato nulli, quid scriptum esset, enuntiat  
 epistulamque sigillo anuli sui inpresso pulvino, cui incuba-  
 15 bat, subicit. Inter has cogitationes biduo absumpto in-  
 luxit a medico destinatus dies, et ille cum poculo, in quo  
 medicamentum diluerat, intravit. Quo viso Alexander  
 levato corpore in cubili epistulam a Parmenione missam  
 sinistra manu tenens accipit poculum et haurit interritus;  
 20 tum epistulam legere Philippum iubet nec a vultu legentis  
 movit oculos, ratus aliquas conscientiae notas in ipso ore  
 posse deprehendere. Ille epistula perlecta plus indignationis  
 quam pavoris ostendit proiectisque amiculo et litteris ante  
 lectum: 'Rex', inquit, 'semper quidem spiritus meus ex te  
 25 pependit, sed nunc vere arbitror sacro et venerabili ore trahi  
 tuo. Crimen parricidii, quod mihi obiectum est, tua salus  
 diluet: servatus a me vitam mihi dederis. Oro quaesoque,  
 omisso metu patere medicamentum concipi venis: laxa  
 paulisper animum, quem intempestiva sollicitudine amici  
 30 sane fideles, sed moleste seduli turbant'. Non securum modo  
 haec vox, sed etiam laetum regem ac plenum bonae spei  
 fecit. Itaque: 'Si di', inquit, 'Philippe, tibi permisissent,  
 quo maxime modo velles, animum experiri meum, alio pro-  
 fecto voluisses, sed certiore, quam expertus es, ne optasses  
 35 quidem: hac epistula accepta tamen, quod dilueras, bibi.  
 Et nunc crede me non minus pro tua fide quam pro mea  
 salute esse sollicitum'. Haec elocutus dextram Philippo  
 offert. Ceterum tanta vis medicamenti fuit, ut, quae secuta  
 sunt, criminationem Parmenionis adiuverint: interclusus



spiritus arte meabat. Nec Philippus quicquam inexpertum omisit: ille fomenta corpori admovit, ille torpentem nunc cibo, nunc vini odore excitavit. Atque ut primum mentis compotem esse sensit, modo matris sororumque, modo tan-  
 5 tae victoriae adpropinquantis admonere non destitit. Ut vero medicamentum se diffudit in venas et sensim toto corpore salubritas percipi potuit, primum animus vigorem suum, deinde corpus quoque expectatione maturius recuperavit: quippe post tertium diem, quam in hoc statu fuerat,  
 10 in conspectum militum venit . . .

*Si de Curtii narratione, quam, ut incorruptum de rationibus inter hos auctores intercedentibus iudicium permittatur, hoc saltem loco integram reddendam esse duxi, detrahas inanes exornationes, scholasticas orationes enervemque lamentationum*  
 15 *molem, eadem fere restant atque quae Iustinus et Valerius praebent. Speciatim hic tantummodo notetur: quoad verba spectes, Curtius consentit mox cum Valerio, cf. e. g. interfluere, liquor, comes; mox cum Iustino, cf. e. g. pulvere ac sudore, vultu-oculos, et cum Iustini ut securum conspexit, laetior factus*  
 20 *cf. Curtii non securum modo . . ., sed etiam laetum regem . . . fecit (personis mutatis: securus apud Iustinum de Philippo, apud Curtium de Alexandro dicitur; Trogus hanc copulationem videtur adamavisse, cf. Iust. 13, 2, 1 non ut laeti ita et securi. 42, 4, 8 securos laetosque); mox cum utroque e. g.:*  
 25 *Iust. tum repente . . . nervos eius occupavit rigor — Val. subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis — Curt. subito horrore artus rigere coeperunt; quoad rem, Curtius itemque Valerius narrant Philippum, postquam Alexander biberat, Iustinus autem Alexandro adhuc bibente*  
 30 *(eodem modo Plut. Al. 19. Arrian. 2, 4, 7) epistulam legisse; mihi quidem quae Curtius et Valerius praebent, ex versione a Iustino servata rhetorice et quidem prave augendo effecta videntur esse. Curtii post tertium diem consentit cum Iustini quarta die. Plus quam Iustinus et Valerius habet Curtius*  
 35 *in eo, quod Philippum Acarnanem fuisse et Darium quinto die adventurum fuisse narrat: illud, fortasse etiam hoc — nam nonne ex angore militum conclusum sit dubium maneat — Trogo tribuendum videtur. Ceterum diligentior horum locorum comparatio docet Curtium non tantum communi Graeco*  
 40 *fonte, sed aliquantum artius cum Trogo cohaerere; sed insuper etiam hanc rationem vix directam sed admodum complexam*



*esse ex eo adparet, quod Curtius in re vix fortuita cum Valerio contra Iustinum facit; quae explicare longioris indaginis esset.*

80. a. Curt. 3, 12, 1–17: Rex (*sc. Alex.*) . . . in castra  
 5 paulo ante a suis capta pervenit, . . . cum repente e proximo  
 tabernaculo lugubris clamor barbaro ululatu planctu-  
 que permixtus epulantes conterruit. Cohors quoque . . . ar-  
 mare se coeperat. Causa subiti pavoris fuit, quod mater  
 uxorque Darei cum captivis nobilebus regem, quem inter-  
 10 fectum esse credebant, ingenti gemitu eiulatuque deflebant.  
 Unus namque e captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum  
 tabernaculum steterat, amiculum, quod Dareus . . . ne cultu  
 proderetur abiecerat, in manibus eius, qui repertum ferebat,  
 agnovit ratusque interfecto detractum esse falsum nuntium  
 15 mortis eius attulerat. Hoc mulierum errore conperto Ale-  
 xander fortunae Darei et pietati earum inlacrimasse fertur.  
 Ac primo Mithrenem, qui Sardis tradiderat, peritum lin-  
 guae Persicae, ire ad consolandas eas iusserat: veritus  
 deinde, ne proditor captivarum iram doloremque renovaret,  
 20 Leonnatum ex purpuratis suis misit iussum indicare falso  
 lamentari eas vivum. Ille cum paucis armigeris in tabernacu-  
 lum, in quo captivae erant, pervenit missumque se a rege  
 nuntiari iubet. At ii, qui in vestibulo erant, ut armatos con-  
 spexere, rati actum esse de dominis in tabernaculum currunt  
 25 vociferantes adesse supremam horam missosque, qui occi-  
 derent captas. Itaque, ut quae nec prohibere possent nec  
 admittere auderent, nullo responso dato tacitae opperie-  
 bantur victoris arbitrium. Leonnatus expectato diu, qui se  
 introduceret, postquam nemo procedere audebat, relictis  
 30 in vestibulo satellitibus intrat in tabernaculum. Ea ipsa res  
 turbaverat feminas, quod inrupisse, non admissus videbatur;  
 itaque mater et coniunx provolutae ad pedes orare coepe-  
 runt, ut, priusquam interficerentur, Darei corpus ipsis patrio  
 more sepelire permetteret, functas supremo in regem officio  
 35 inpigre esse morituras. Leonnatus et vivere Dareum <ait>  
 et ipsas non incolumes modo, sed etiam apparatu pristinae  
 fortunae reginas fore. Tum demum Darei mater adlevari se



## HISTORIAE PHILIPPICAE

passa est. Alexander postero die cum cura sepultis militibus,  
 quorum corpora invenerat, Persarum quoque nobilissimis  
 eundem honorem haberi iubet matrique Darei permittit,  
 quos vellet, patrio more sepeliret. Illa paucos arta propin-  
 5 quitate coniunctos pro habitu praesentis fortunae humari  
 iussit, apparatus funerum, quo Persae suprema officia cele-  
 brarent, invidiosum fore existimans, cum victores haud pre-  
 tiose cremarentur. Iamque iustis defunctorum corporibus  
 solutis praemittit ad captivas, qui nuntiarent ipsum venire,  
 10 inhibitaque comitantium turba tabernaculum cum Hephae-  
 stione intrat. Is longe omnium amicorum carissimus erat  
 regi: cum ipso pariter eductus, secretorum omnium arbiter  
 libertatis quoque in admonendo eo non alius plus habebat,  
 quod tamen ita usurpabat, ut magis a rege permissum quam  
 15 vindicatum ab eo videretur. Et sicut aetate par erat regi,  
 ita corporis habitu praestabat: ergo reginae illum esse regem  
 ratae suo more veneratae sunt. Inde ex captivis spadonibus,  
 quis Alexander esset, monstrantibus Sisigambis advoluta est  
 pedibus eius ignorationem numquam antea visi regis excu-  
 20 sans. Quam manu adlevans rex: 'Non errasti', inquit, 'ma-  
 ter: nam et hic Alexander est'.

b. *Hic Curtii locus conferendus est cum* Iust. 11, 9, 11–16:  
 In castris Persarum multum auri ceterarumque opum in-  
 ventum. Inter captivos castrorum mater et uxor eademque  
 25 soror et filiae duae Darii fuere. Ad quas visendas hortandas-  
 que cum Alexander veniret, conspectis armatis invicem se  
 amplexae velut statim moriturae, conplorationem ediderunt.  
 Provolutae deinde genibus Alexandri non mortem, sed, dum  
 Darii corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur. Mo-  
 30 tus tanta mulierum pietate Alexander et Darium vivere  
 dixit et timentibus mortis metum dempsit easque et haberi  
 et salutari ut reginas praecepit; filias quoque non sordidius  
 dignitate patris sperare matrimonium iussit.

c. *Accedit praeterea* Val. Max. 4, 7 ext. 2: Alexander . . .  
 35 Darei castris, in quibus omnes necessarii eius erant, potitus  
 Hephaestione gratissimo sibi latus tegente ad eos adloquen-  
 dos venit. Cuius adventu mater Darei recreata humi prostra-



tum caput erexit Hephaestionemque, quia et statura et forma praestabat, more Persarum adulata tamquam Alexandrum salutavit. Admonita deinde erroris per summam trepidationem excusationis verba quaerebat. Cui Alexander 'nihil est', inquit, 'quod hoc nomine confundaris: nam et hic Alexander est' . . . .

*Ex comparatione Iustini cum Curtio et Valerio apparet apud Iustinum nimia brevitae ea, quae haud dubie etiam apud Trogum de Leonnato tantum dicta erant, falso in Alexandrum ipsum translata esse; nam etsi Valerius quoque de Leonnato tacet, tamen quae narrat antecedentem Leonnati mentionem postulant. Deinde apud Iustinum excidit error cui Sisigambis de personis succubuit, et indicium quo adductae Dareum iam mortuum esse feminae credebant. Ad ea, quae Iustinus praebet, Trogo ergo admodum secure tribuendus est primum nuntius de morte Darei falso adlatus, secundum historia Leonnati, tertium commutatio Hephaestionis cum Alexandro eiusque apophthegma. Locos adlatos non solum communi fonte Graeco, sed aliquanto artius inter se cohaerere rursus concentu verborum Latinorum hic illic observando probatur. Ceterum notetur apud Romanos simili modo traditum esse Scipionem maiorem eandem humanitatem erga virginem Celtiberorum captivam praestitisse: cf. Liv. 26, 50, 1 sqq. Dio fr. 57, 42-43. Polyb. 10, 18. Antias HRF 25. Gellius 7, 8, 3. Frontin. 2, 11, 5 (Quae Frontin. 1. 1. 6 de Alexandro narrat, invicem e Scipionis historia derivata videntur; de ceteris locis cf. Gundermann in conspectu locorum editionis Frontiniana).*

81. a. Val. Max. 9, 5 ext. 1

b. Iust. 11, 11,  
6-8

. . . Alexandri regis virtus ac  
30 felicitas tribus insolentiae eviden-  
tissimis gradibus exultavit: fasti-  
dio enim Philippi Iovem Ammo-  
nem patrem ascivit . . . spreto mor-  
tali habitu divinum aemulatus est

35 Alexander cupiens  
originem divinitatis  
adquirere . . . antisti-  
tes ut Hammonis fili-  
um salutant. Ille laetus



HISTORIAE PHILIPPICAE

nec fuit ei pudori filium, civem, dei adoptione hoc se  
hominem dissimulare. patre censori iubet.

5 *De verbis Valerii hic praetermissis cf. infra fr. 95c. Ceterum  
de Alexandri ad Hammonis templum excursione cf. F.Oertel,  
Zur Ammonsohnschaft Alexanders, Rhein.Mus. 1940, 66 sqq.;  
Curtii narrationem (4, 7, 5 – 32) totam hic referre supersedi  
(cf. ad fr. 78 et 79), cum ex Valerio vix quicquam singuli  
10 haurire liceat.*

82. a. Curt. 4, 8, 1–2 et 5–6

Alexander ab Hammone rediens  
ad Mareotin paludem haud procul  
insula Pharo sitam venit. Con- 40  
templatus loci naturam primum  
15 in ipsa insula statuerat urbem no-  
vam condere: inde ut adparuit  
magnae sedis insulam haud capa-  
cem esse, elegit urbi locum, ubi  
nunc est Alexandria, appellatio-  
20 nem trahens ex nomine auctoris.  
Complexus, quidquid soli est inter 45  
paludem ac mare, octoginta sta-  
diorum muris ambitum destinat  
et, qui exaedificandae urbi prae-  
25 essent, relictis Memphin petit . . .  
Ex finitimis urbibus commigrare 50  
Alexandream iussis novam urbem  
magna multitudine inplevit. Fama  
est, cum rex orbem futuri muri  
30 polenta, ut Macedonum mos est,  
destinasset, avium greges advolasse 55  
et polenta esse pastas: cumque id  
omen pro tristi a plerisque esset  
acceptum, respondisse vates, ma-  
35 gnam illam urbem advenarum  
frequentiam culturam, multisque  
eam terris alimenta praebituram.

b. Iust. 11, 11, 13

Reversus ab Ham-  
mone Alexandream  
condidit et coloniam  
Macedonum caput esse  
Aegypti iubet.

c. Val. Max. 1, 4  
ext. 1

Cum rex Alexander  
urbem in Aegypto con-  
stituere vellet, archi-  
tectus Dinocrates cum  
cretam non haberet  
polentaque futurae ur-  
bis liniamenta dedu-  
xisset, ingens avium  
multitudo proximo la-  
cu emersa polentam  
depasta est, quod sa-  
cerdotes Aegyptiorum  
interpretati sunt con-  
venarum frequentiae  
alimentis suffecturam  
urbem.



*Ad interpretationem cf. Crohn p. 33. De tempore Alexandriae conditae (sc. post oraculum Hammonis) cum Iustino et Curtio consentit Diod. 17, 52 contra Arrian. 3, 1, 5 et Plut. Al. 26 (ante orac. Hamm.); ex Valerio Max. et Strab. 17, 1 p. 792 ordo temporum diiudicari nequit.*

**83.** *Primum hic colligantur loci Curtiani, qui cum Iust. 11, 12 plus minusve arte coeunt:*

a. Curt. 4, 1 sqq. Dareus ... per loca ... ingenti solitudine vasta fugiebat ... Onchas deinde pervenit ...; non segnius tamen ad Euphraten contendit ... (Alex.) castra movit ad urbem Marathon. Ibi illi litterae a Dareo redduntur, quibus ut superbe scriptis vehementer offensus est; praecipue eum movit, quod Dareus sibi regis titulum nec eundem Alexandri nomini adscripserat. Postulabat autem magis quam petebat, ut accepta pecunia, quantamcumque tota Macedonia caperet, matrem sibi et coniugem liberosque restitueret; de regno aequo, si vellet, Marte contenderet. Si saniora consilia tandem pati potuisset, contentus patrio cederet alieni imperii finibus, socius amicusque esset. In ea se fidem et dare paratum et accipere. Contra Alexander in hunc maxime modum rescripsit: '... si veneris supplex, et matrem et coniugem et liberos sine pretio recepturum esse promitto. Et vincere et consulere victis scio ... De cetero, cum mihi scribes, memento non solum regi te, sed etiam tuo scribere'. Ad hanc perferendam Thersippus est missus. ... (sequitur apud Curtium inter alia historia de Abdalonymo a Iustino antea, 11, 10, 8, breviter tacta) ... (4, 5) Isdem ferme diebus Darei litterae adlatae sunt tandem ut regi scriptae. Petebat, uti filiam suam – Statirae erat nomen – nuptiis Alexander sibi adiungeret: dotem fore omnem regionem inter Hellespontum et Halyn annem sitam, inde orientem spectantibus terris contentum se fore. <Ne> dubitaret, quod offerretur, accipere: numquam diu eodem vestigio stare fortunam ... (§ 6) Se vero ad ipsum vocare desineret; namque illius exitio se esse venturum. Alexander iis, qui litteras attulerant, respondit, Dareum sibi aliena promittere et, quod totum



amiserit, velle partiri. Doti sibi dari Lydiam, Ionas, Aeolidem, Hellesponti oram, victoriae suae praemia. Leges autem a victoribus dici, accipi a victis . . . Quocumque ille fugere potuisset, ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus  
 5 quem sciret maria transisse. . . . (4, 10, 18) Iter facienti (sc. *Alexandro*) spado e captivis, qui Darei uxorem comitabantur, deficere eam nuntiat et vix spiritum ducere. Itineris continui labore animique aegritudine fatigata inter socrus et virginum filiarum manus conlapsa erat, deinde et ex-  
 10 tincta. Id ipsum nuntians alius supervenit. Et rex haud secus, quam si parentis mors nuntiata esset, crebros edidit gemitus lacrimisque obortis, qualis Dareus profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darei defuncto adsidens corpori, venit. Hic vero renovatus est maeror, ut prostra-  
 15 tam humi vidit . . . Crederes Alexandrum inter suas necessitudines flere et solacia non adhibere, sed quaerere . . . Semel omnino eam viderat, quo die capta est, nec ut ipsam, sed ut Darei matrem videret, eximiamque pulchritudinem formae eius non libidinis habuerat invitamentum, sed  
 20 gloriae.

E spadonibus, qui circa reginam erant, Tyriotes . . . elapsus . . . ad Darei castra pervenit . . . Quem ut conspexit Dareus, . . . quid potissimum timeret incertus: 'Vultus' inquit, 'tuus nescio quod ingens malum praefert . . . Num, quod maxime suspicor, eloqui timeo, ludibria meorum  
 25 nuntiaturus es mihi . . .?' Ad haec Tyriotes: 'Istud quidem procul abest', inquit, 'quantuscumque enim reginis honos ab his, qui parent, haberi potest, tuis a victore servatus est. Sed uxor tua paulo ante excessit e vita' . . . Tyriotes ad-  
 30 firmare per deos patrios nihil in eam gravius esse consultum: ingemuisse etiam Alexandrum morti et non parcius flevisse, quam ipse lacrimaret. Ob haec ipsa amantis animus in sollicitudinem suspicionemque revolutus est, desiderium captivae profecto a consuetudine stupri ortum esse con-  
 35 iectans . . . Tandem ut fides facta est vera esse, quae adfirmaret spado, capite velato diu flevit . . .: 'Di patrii', inquit, 'primum mihi stabilite regnum, deinde, si de me iam transactum est, precor, ne quis potius Asiae rex sit quam iste tam iustus hostis, tam misericors victor'.



(4, 11) Itaque quamquam frustra pace bis petita omnia in bellum consilia converterat, victus tamen continentia hostis ad novas pacis condiciones ferendas X legatos, cognatorum principes, misit; quos Alexander consilio ad-  
 5 vocato introduci iussit. E quibus maximus natu: 'Dareum', inquit, 'ut pacem a te iam hoc tertium peteret, nulla vis subegit, sed iustitia <tua> et continentia expressit . . . Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo finem destinabat Halym amnem, qui Lydiam terminat:  
 10 nunc, quidquid inter Hellespontum et Euphraten est, in dotem filiae offert, quam tibi tradit. Ochum filium, quem habes, pacis et fidei obsidem retine, matrem et duas virgines filias redde: pro tribus corporibus XXX milia talentum auri precatur accipias. . . . (§ 10) Alexander . . . quid placeret ad  
 15 consilium refert. Diu nemo quid sentiret ausus est dicere . . . , tandem Parmenio antea suasisse ait, ut captivos apud Damascum redimentibus redderet . . . Et nunc magnopere censere, ut unam anum et duas puellas, itinerum agminum-que impedimenta, XXX milibus talentum auri permutaret.  
 20 Opimum regnum occupare posse condicione, non bello, nec quemquam alium inter Istrum et Euphraten possedisse terras ingentiore spatio intervalloque discretas. Macedoniamque potius respiceret quam Bactra et Indos intueretur. Ingrata oratio regi fuit; itaque ut finem dicendi fecit, 'Et  
 25 ego', inquit, 'pecuniam quam gloriam mallet, si Parmenion essem: nunc Alexander de paupertate securus sum et me non mercatorem memini esse, sed regem. Nihil quidem habeo venale, sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi honestius dono dabimus, quam pre-  
 30 tio remitemus'. Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit: 'Nuntiate Dareo me, quae fecerim clementer et liberaliter, non amicitiae eius tribuisse, sed naturae meae. Bellum cum captivis et feminis gerere non soleo . . . Ite, nuntiate regi vestro et quae amisit et quae adhuc habet  
 35 praemia esse belli . . .'. Legati . . . dimissi nuntiant adesse certamen.

*Ad ultimam Curtii partem (4, 11, 10) accedit:*



## HISTORIAE PHILIPPICAE

b. Val. Max. 6, 4 ext. 3 . . . Alexander illam vocem nobiliter edidit: Dareo enim uno iam et altero proelio virtutem eius experto atque ideo et partem regni Tauro tenus monte et filiam in matrimonium cum decies centum milibus talentum pollicente, cum Parmenion dixisset se, si Alexander esset, usurum ea condicione, respondit 'et ego uterer, si Parmenion essem', vocem duabus victoriis respondentem dignamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.

*Hoc Alexandri apophthegma deest apud Iustinum, cuius*  
 10 *narrationem integram addere usui sit:*

c. Iust. 11, 12: Darius . . . per epistulas Alexandrum precatur, redimendarum sibi captivarum potestatem faciat, inque eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander pretium captivarum regnum omne, non pecuniam petit. Interiecto tempore aliae epistulae Darii Alexandro redduntur, quibus filiae matrimonium et regni portio offertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit iussitque supplicem venire, regni arbitria victori permittere. Tunc spe pacis amissa bellum Darius reparat et cum quadringentis milibus peditum, centum milibus equitum obviam vadit Alexandro. In itinere nuntiatur uxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse, eiusque mortem inlacrimatum Alexandrum exequiasque benigne prosecutum, idque eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse. Nam semel tantum eam Alexandro visam esse, cum matrem parvulasque filias eius frequenter consolaretur. Tunc se ratus vere victum, cum post proelia etiam beneficiis ab hoste superaretur, gratumque sibi esse, si vincere nequeat, quod a tali potissimum vinceretur. Scribit itaque et tertias epistulas et gratias agit, quod nihil in suos hostile fecerit. Offert deinde et maiorem partem regni usque Euphratem flumen et alteram filiam uxorem, pro reliquis captivis XXX milia talentum. Ad haec Alexander gratiarum actionem ab hoste supervacaneam esse respondit; nec a se quicquam factum in hostis adulationem, nec quod in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quaereret, sed animi magnitudine,



qua didicerit adversus vires hostium non adversus calamitates contendere; polliceturque praestaturum se ea Dario, si secundus sibi, non par haberi velit. Ceterum neque mundum posse duobus solibus regi, nec orbem summa duo  
 5 regna salvo statu terrarum habere. Proinde aut deditionem ea die aut in posteram aciem paret; nec polliceatur sibi aliam, quam sit expertus, victoriam.

*Apud Curtium ea, quae Iustinus narrat, inveniuntur mirae sane commutatione ordinis, attamen eisdem interdum et vix  
 10 fortuitis verbis adhibitis, ex quo perspicitur Curtium non quidem Trogi opere unico fonte usum esse, sed similitudines non tantum ex communi Graeco fonte fluere potuisse (cf. praeterea Diod. 17, 39. 54. Plut. Al. 29. Arrian. 2, 14. 25; ad interpretationem: Ed. Schwartz, RE IV 1883, Crohn p. 38.  
 15 E. Mederer, Die Alexanderlegenden ... 1936, 65). Tamen cum per se tum ex loco Valerii Max. allato conicere licet ultra contentus exhibitos nonnulla alia, quae apud Curtium leguntur, etiam in Trogi opere fuisse, etsi vix sit possibile singillatim definire quae quoque loco Trogo tribuenda sint;  
 20 de qua re difficillima fusius agere hic supersedendum est; sufficet evidendum fecisse etiam hoc loco Curtium, quamquam nonnulla praebeat alia leviterque variata versione, non solum in rebus narratis (quod luculenter monstravit Schwartz l. l.) sed etiam in verbis dictionibusque artissime cum Trogo  
 25 cohaerere.*

**84. a.** Curt. 4, 13, 17—24

(17) Tandem (*sc. Alexandrum*)...  
 altior somnus oppressit. Iamque  
 luce orta duces ... convenerant ...  
 silentio attoniti: quippe ... ne ul-  
 30 timo quidem rerum discrimine ex- 40  
 citatum esse mirabantur ... Diu  
 Parmenio cunctatus ... intrat  
 tabernaculum saepiusque nomine  
 conpellatum cum voce non posset,  
 35 tactu excitavit: 'Multa lux', in- 45

**b.** Iust. 11, 13, 1—3

Postera die aciem  
 producunt, cum re-  
 pente ante proelium  
 confectum curis Ale-  
 xandrum somnus adri-  
 puit. Cum ad pugnam  
 solus rex deesset, a  
 Parmenione aegre ex-  
 citatus, quaerentibus  
 somni causas omnibus



HISTORIAE PHILIPPICAE

quit, 'est . . . Ubi est vigor ille inter pericula, cuius  
 animi tui? Nempe excitare vigiles etiam in otio semper  
 soles.' Ad haec Alexander: 'Cre- 20 parcior fuerit, magno  
 disne me prius somnum capere se aestu liberatum ait,  
 5 potuisse, quam exonerarem ani- somnumque sibi a re-  
 mum sollicitudine, quae quietem pentina securitate da-  
 morabatur?' signumque pugnae tu- tum, quod liceat cum  
 ba dari iussit. Et cum in eadem 25 omnibus Darii copiis  
 admiratione Parmenio persevera- configere; veritum se  
 10 ret, quod solutum se curis som- longam belli moram,  
 num cepisse dixisset, 'minime', in- si Persae exercitum  
 quit, 'mirum est: ego enim, cum divisissent.  
 Dareus terram ureret, vicos ex-  
 cinderet, alimenta corrumperet,  
 15 potens mei non eram: nunc vero  
 quid metuam, cum acie decernere  
 paret? . . .'

30 *Hunc locum per se non recipiendum (cf. supra ad fr. 78)  
 attuli propterea, quod coniunctio inter Curtium et Trogum  
 statim sequentibus locis stabilitur.*

85. a. Curt. 4, 13, 30—32

Sed ne circumiri posset a  
 multitudine, ultimum ag-  
 35 men valida manu cinxerat.  
 Cornua quoque subsidiis fir- 50  
 mavit non recta fronte, sed  
 a latere positis, ut, si hostis  
 circumvenire aciem temptas-  
 40 set, parata pugnae forent.  
 Hic Agriani erant, quibus 55  
 Attalus praeerat, adiunctis  
 sagittariis Cretensibus. Ulti-  
 mos ordines avertit a fronte,  
 45 ut totam aciem orbe muni-  
 ret. Illyrii hic erant adiuncto 60

b. Iust. 11, 13, 4—10

Ante proelium utraque  
 acies hostibus spectaculo  
 fuit. Macedones multitudi-  
 nem hominum, corporum  
 magnitudinem armorumque  
 pulchritudinem mirabantur,  
 Persae a tam paucis victa  
 suorum tot milia stupebant.  
 Sed nec duces circuire suos  
 cessabant . . . Alexander Ma-  
 cedonas monebat, ne multi-  
 tudine hostium . . . moveren-  
 tur . . . et quemadmodum  
 Dario maiorem turbam ho-



milite mercede conducto, Thracas quoque simul obiecerat leviter armatos. Adeoque aciem versabilem posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur, verti tamen et in frontem circumagipossent. Itaque non primamquam latera, non latera munitiora fuere quam terga . . .

minum esse, sic virorum sibi . . .

e. Frontin. strat. 2, 3, 19  
Alexander ad Arbela, cum hostium multitudinem veretur, virtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinavit, ut circumventi undique pugnare possent.

d. *Cum Iustini verbis* nec duces circuire suos cessabant *cf. etiam* Curt. 4, 13, 12 Dareus . . . cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circumibat . . .

86. a. Curt. 4, 16, 8–9

Dareus paucis fugae comitibus ad Lycum amnem contenderat: quo traiecto dubitavit, an solveret pontem. Quippe hostem iam adfore nuntiabatur. Sed tot milia suorum, quae nondum ad amnem pervenerant, ponte rescisso videbat hostis praedam fore. Abeuntem, cum intactum sineret pontem, dixisse constat malle se sequentibus iter dare quam auferre fugientibus . . .

b. Iust. 11, 14, 3–4

Darius . . . a proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam, ut pons Cydni fluminis ad iter hostium inpediendum intercluderetur, non ita se salutisuae velle consultum ait, ut tot milia sociorum hosti obiciat; debere et aliis fugae viam patere, quae patuerit sibi.

*Hi loci tam arte inter se cohaerere videbantur, ut Iustini editores inde ab Acidalio usque ad Ruehlium textum Iustini e Curtio emendaverint (Cydni: Lyci; sociorum: suorum); id sane e Curtii verbis apparet non Trogum ipsum, sed Iustinum demum de nomine fluminis erravisse (ceterum Crohn p. 26, 2 falso Curtio lectionem Cydnum tribuit).*



87.

Anecd. Rue.

Laur. 165–168

Bamb. 147–150

Darius cum Alexandro Macedo 10 Darius vero rex Persarum, de quo  
per duobus praeliis trucidatis de ante diximus, duas pugnas fecit  
exercitu Darii trecenta milia Per- cum Alexandro et vicit eum Ale-  
5 sarum magno praelio victus. xander et occidit illi triginta mi-  
deinde Alexander, postquam Da- lia Persarum, et postquam Da-  
rium vicit, totum orientem per- 15 rium vicit, totum orientem sub-  
domuit preter Exitarum regna. iugavit sibi Alexander sine  
regno Scitharum.

*Huc referenda sunt verba Ampelii 16, 2 iam supra, fr. 74, allata: Alexander . . . Darium . . . tribus proeliis trecenta*  
20 *peditum quinquaginta equitum duo milia falcatorum cur-  
ruum vicit . . . cf. Rue. Anecd. p. 574: „als richtige zahl der  
in den beiden treffen von Issos und Gaugamela gefallenen Per-  
ser ist natürlich mit Laur. 166 trecenta milia festzuhalten. Iustin hat darüber überhaupt keine zahlenangabe, sie wird*  
25 *aber dessenungeachtet aus Trogus stammen: denn offenbar hat  
dieselbe zahl bei Ampelius 15, 2“ (= 16, 2) „gestanden, wo  
die abschrift des Divionensis triginta bietet“; numerus inseren-  
dus esset ante Iustini verba 11, 14, 6 hoc proelio Asiae im-  
perium rapuit.*

30 **88. a.** Curt. 5, 2, 8–11: Iamque Susa ei adituro Abulites  
regionis eius praefectus . . . filium obviam misit traditurum  
se urbem promittens. . . . Ut vero (*Alex.*) urbem intravit,  
incredibilem ex thesauris summam pecuniae egessit, L milia  
talentum argenti non signati forma, sed rudi pondere . . .

35 **b.** cf. Iust. 11, 14, 9: In urbe deinde Susa XL milia ta-  
lentum invenit.

*Hanc Susae urbis mentionem apud Iustinum continuo  
sequitur expugnatio urbis Persepolis, tum narratur, quomodo  
octingenti captivi Graeci a Persis crudeliter truncati Ale-*  
40 *xandro occurrerint et reditu in patriam spreto agros accipere  
maluerint (Iust. 11, 14, 10–12). Apud Curtium in sequenti-  
bus capitibus primum narratur, quomodo Alexander Sisy-  
gambin consoletur, tum Uxiorum regione superata Persidem  
intrare cogitans ab Ariobarzane recedere cogatur (cap. 3),*  
45 *tum quomodo iter paucis tantum cognitum a captivo quodam  
apertum sit, ut exercitus Persarum Ariobarzane occiso fudere-*



*tur, exinde quomodo Persepolim proficiscenti quattuor milia truncatorum Graecorum occurerint; tum demum (cap. 6) narratur obsessio urbis Persepolis. Apparet ergo et ordinem rerum apud Curtium mutatum et numeros in maius auctos esse. 5 Tamen et hic nonnulla cum Trogi narratione communia esse videntur; ex quibus unum tantummodo locum hic recipere licet, qui simili modo etiam a Frontino traditur:*

c. Frontin. strat.  
2, 5, 17

Alexander Macedo, cum hostis in saltu editiore castra communisset, subducta parte copiarum praecepit his quos relinquebat, ut ex more ignes <ex>citarent speciemque praeberent totius exercitus: ipse per avias regiones circumducta manu hostem superiore adgressus loco depulit.

d. Curt. 5, 4

(12 *Alexander captivum*) iubet ... monstrare iter quamvis arduum et praeceps ... Cratero igitur ad custodiam castrorum relicto ... praecipit, ut castrorum specie manente plures de industria ignes fieri imperet, quo magis barbari credant ipsum regem in castris esse ... Ipse ... pergit ad demonstratum iter callium ... invias rupes ac praerupta saxa ... Tandem venere in iugum ... (27) Evadunt ergo in editum verticem, ex quo ... se ostendunt nihil tale metuentibus, quorum pauci ... caesi sunt.

89. *Artioribus nexibus inter se coniuncti videntur Trogus et Curtius in morte Darei enarranda. Hic tantum ea afferri satis habeas, ex quibus necessitudines non solum ad res, sed etiam ad singula verba pertinentes perspiciantur:*

a. Iust. 11, 15

Interea Darius in gratiam victoris a cognatis suis aureis compedibus catenisque in vico Parthorum Thara

b. Curt. 5, 12–13

(12, 1) Bessus ... veritus ne gratiam Alexandri, nisi vivum eum tradidisset, inire non posset ... (5 *Darius*) Besso ... respondit, Alexandri sibi non minus iusti-



vincitur, credo ita diis  
 immortalibus iudican-  
 tibus, ut in terra eo-  
 rum, qui successuri im-  
 5 perio erant, Persarum  
 regnum finiretur. Ale-  
 xander quoque citato  
 cursu postera die su-  
 pervenit; ibi cognovit  
 10 Darium clauso vehi-  
 culo per noctem expor-  
 tatum. Iusso igitur  
 exercitu subsequi cum  
 sex milibus equitum  
 15 fugientem insequi-  
 tur . . . cum nullum  
 Darii indicium reppe-  
 risset, respirandi equis  
 data potestate unus e  
 20 militibus, dum ad fon-  
 tem proximum pergit,  
 in vehiculo Darii  
 multis quidem vulneri-  
 bus confossum, sed  
 25 spirantem adhuc in-  
 venit . . . .

tiam quam virtutem esse perspec-  
 tam. Falli eos, qui proditionis ab  
 eo praemium expectent: violatae  
 30 fidei neminem acriorem fore vindi-  
 cem ultoremque . . . (15) citatis  
 equis advolant . . . regem . . . conpre-  
 hendi vincirique iusserunt . . . (20)  
 Ne tamen honos regi non habe-  
 retur, aureis conpedibus Dareum  
 35 vinciunt . . . Ne forte cultu regio pos-  
 set agnosci, sordidis pellibus vehi-  
 culum intexerant . . . (13, 1) Ale-  
 xander . . . Tabas . . . pervenit. (*cf.*  
 40 5, 7, 9 urbes . . . quas nunc habent  
 Parthi; 5, 8, 1 Ecbatana . . . nunc  
 tenent Parthi) Certiora deinde  
 cognoscit ex Bagistane Babylonio,  
 qui . . . (*sc. Dareum*) in periculo  
 45 esse aut mortis aut vinculorum ad-  
 firmabat. (8) Sed fatigatis (*sc.*  
*copiis Alexandri*) necessaria quies  
 erat: itaque delectis equitum VI  
 milibus CCC, quos dimachas appel-  
 50 labant, adiungit . . . (10) prima  
 vespera . . . cum expedita equitum  
 manu monstratam viam ingreditur  
 phalange quantum festinare pos-  
 set, sequi iussa . . . (11) Brochube-  
 55 lus . . . transfuga nuntiabat . . . : si  
 (*Alex.*) festinaret sequi palantes,  
 superventurum . . . (12) Itaque cal-  
 caribus subditis effuso cursu  
 eunt . . . (20) . . . nec tamen ullum  
 60 vestigium fugae regis extabat . . .  
 (24) Haud procul erat fons: ad  
 quem . . . Polystratus Macedo siti  
 maceratus accessit ac, dum galea  
 haustam aquam sorbet, tela iumen-



torum deficientium corporibus in-  
fixa conspexit. Miratusque con-  
fossa potius quam abacta esse,  
semivivi ho- (*incipit lacuna a*  
5 *Freinshemio suppleta*).

*Ceterum notetur mortem Darei et mortem Pompei Magni  
a scriptoribus antiquis simili modo, ut mihi quidem videtur,  
exornatam esse (de fine Pompei cf. Caes. civ. 3, 104. Liv.  
perioch. 112. Val. Max. 1, 8, 9. Appian. b. civ. 2, 84–86.  
10 Cass. Dio 42, 5. 7, 1. Oros. 6, 15, 28. Plut. Caes. 42, 2. Pomp.  
77–80. Lucan. 8, in primis v. 653 sqq.).*

**90.** *Hoc loco respicias, quae supra ad fr. 14 memorata  
sunt.*

lib. 12

Prol. libri 12: Duodecimo volumine continentur Ale-  
15 xandri Magni bella Bactriana et Indica usque ad interitum  
eius, dictaeque in excessu res a praefecto eius Antipatro in  
Graecia gestae, et ab Archidamo, rege Lacedaemoniorum,  
Molossoque Alexandro in Italia, quorum ibi est uterque  
cum exercitu deletus. Additae hic origines Italicae Apulo-  
20 rum, Lucanorum, Samnitium, Sabinorum, et ut Zopyrion  
in ponto cum exercitu periit.

**91. a.** Frontin. strat.  
2, 11, 4

Antipater, conspecto Pello-  
ponesiorum exercitu, qui audita  
morte Alexandri ad infestan-  
25 dum imperium eius conflu-  
xerant, dissimulans scire se, qua  
mente venissent, gratias his  
egit, quod <ad> auxilium feren-  
dum Alexandro adversus Lace-

**b.** Iust. 12, 1, 6–8

30 Post profectionem Ale-  
xandri Graecia ferme om-  
nis in occasionem reci-  
perandae libertatis ad ar-  
ma concurrerat, auctori-  
tatem Lacedaemoniorum  
35 secuta, qui Philippi Ale-  
xandrique et pacem soli  
spreverant et leges respue-



HISTORIAE PHILIPPICAE

daemonios convenissent, adiecitque id se regi scripturum; 10 ceterum ipsos, quia sibi operarum in praesentia non esset  
5 necessaria, abirent domos, hortatus <est>; et hac adseveratione periculum, quod ex novitate rerum imminebat, discussit.

*Idem fere in initio libri sexti Curtiani narratum fuisse 15 constat (cf. quae Freinshemius supplevit); Curtium etiam hic cum Trogo facere recte vidit E. Schwartz RE IV 1883.*

92. a. Curt. 7, 5

(1) Bactrianorum regione Artabazo tradita . . . loca de- 40serta Sogdianorum intrat . . .  
20 Aquarum . . . penuria . . . sitim accendit . . . (10) Cum . . . duo occurrunt utribus aquam gestantes, ut filiis suis, quos 45 in eodem agmine esse et aegre  
25 pati sitim non ignorabant, succurrerent. Qui cum in regem incidissent, alter ex his utre resoluta vas, quod simul 50 ferebat, inplet porrigens regi.  
30 Ille accipit: percontatus, quibus aquam portaret, filiis ferre cognoscit. Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito: 'Nec solus', inquit, 'bibere  
35 sustineo nec tam exiguum 55 dividere omnibus possum: vos currite et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date'.

b. cf. Frontin. strat.

1, 7, 7

Non alienus, ut arbitror, hic locus est referendi factum Alexandri Macedonis illud nobile, qui per deserta Africae itinera gravissima siti cum exercitu adfectus oblatam sibi a milite in galea aquam spectantibus universis effudit, utilior exemplo temperantiae, quam si communicare potuisset.

c. Iust. 12, 5, 13

In Bactrianis quoque Sogdianisque XII urbes condidit distributis his quoscumque in exercitu seditiosos habebat.



Quamquam exemplum abstinentiae Alexandri apud Frontinum a Curtii narratione et tempore locoque (Sogdiana: Africa) et modo (vas: galea; Alex. reddit sive effundit aquam) differt, tamen eadem traditio subesse videtur, in qua  
 5 de tempore et loco Curtii, de modo Frontini versio mihi speciem praebet genuinam fuisse. Pro certo id minimum habeas Iustinum hoc loco vehementissime adbrevisasse. De alio fragmento fortasse ad hunc Iustini locum inserendo cf. infra ad fr. 108.

93. a. Val. Max. 5, 1  
 ext. 1a

b. Curt. 8, 4, 15—17

10 (Alexander) . . . dum omnes gentes infatigabili cursu  
 lustrat, quodam loci nivali  
 tempestate oppressus senio  
 iam confectum Macedonem  
 15 militem nimio frigore obstupefactum ipse sublimi et  
 propinqua igni sede residens  
 animadvertit factaque non  
 fortunae, sed aetatis utrius-  
 20 que aestimatione descendit  
 et illis manibus, quibus opes  
 Darii adflixerat, corpus frigore  
 duplicatum in suam sedem  
 inposuit: id ei salutare  
 25 futurum, quod apud Persas  
 capital extitisset, solium regium  
 occupasse. Quid ergo mirum  
 est, si sub eo duce tot  
 annis militare iucundum du-  
 30 cebant, cui gregarii militis  
 incolumitas proprio fastigio  
 carior erat? . . .

Forte Macedo gregarius  
 miles seque et arma <male>  
 35 sustentans tamen in castra  
 pervenerat: quo viso rex,  
 quamquam ipse tum maxime  
 admoto igne refovebat  
 artus, ex sella sua exiit  
 40 torpentemque militem et vix  
 compotem mentis demptis  
 armis in sua sede iussit  
 considerare. Ille diu nec ubi  
 requiesceret nec a quo esset  
 45 exceptus agnovit. Tandem  
 recepto calore vitali, ut  
 regiam sedem regemque vidit,  
 territus surgit. Quem intuens  
 Alexander: 'Ecquid intelligis,  
 50 miles', inquit, 'quanto  
 meliore sorte quam Persae  
 sub rege vivatis? Illis enim  
 in sella regis consedissee capital  
 foret, tibi saluti fuit'.

55 c. *Accedit* Frontin. strat. 4, 6, 3: Alexander cum hieme  
 duceret exercitum, residens ad ignem recognoscere praeter-  
 euntis copias coepit; cumque conspexisset quendam prope  
 exanimatum frigore, considerare loco suo iussit dixitque ei:



## HISTORIAE PHILIPPICAE

‘Si in Persis natus esses, in regia sella resedissee tibi capital foret, in Macedonia nato conceditur’.

*Hoc loco Curtium, Frontinum, Valerium usque ad verbum a communi fonte Latino pendere luce clarius est; cf. Crohn p. 43 et A. Klotz, SBMünchen 1941, 44 sq.; ex Curtio apparet hanc rem fini circiter capitibus 6 libri 12 Iustini inserendam esse.*

94.

a. Anecd. Rue.

Laur. 174–176

Bamb. 154–155

ad postremum in Bacterianis Roxane uxorem eleganti formam accipit filia Ioastre rege Bacterianorum.

ad ultimum in terram Bactrianorum introivit et filiam Ioroastreae regis Bactrianorum uxorem accepit.

b. Curt. 8, 4, 21–30: Inde pervenit in regionem, cui Oxyartes, satrapes nobilis, praerat, qui . . . imperio ei reddito . . . convivium, quo regem accipiebat, instruxerat: . . . introduci XXX nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia ipsius, Roxane nomine, eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro. Quae . . . oculos convertit in se, maxime regis . . . Itaque ille . . . in amorem . . . ita effusus est, ut diceret ad stabiliendum regnum pertinere Persas et Macedones conubio iungi . . . (eqs.)

*Ad locum anecdoti notavit Ruehl: „Daß in dem Satz Laur. 174f. . . Zoroaster gemeint, und daß dieser auch bei Trogus der vater der Roxane gewesen sei, obwohl derselbe könig bei Iust. 13, 4, 21 als Oxyartes auftritt (wogegen Diodor 2, 6, 1 den bei Iust. 1, 1 als Zoroastres bezeichneten könig Oxyartes nennt), scheint doch, obgleich Iustin die ehe Alex.—Roxane übergeht, zu ungewiß, selbst bei der gewiß berechtigten annahme eines quellenwechsels zwischen Iust. 12 und 13, als daß es zu einem fragment reichen könnte“. Ex Curtio autem apparet, sine dubio patrem Roxanes et apud Trogum Oxyarten nominatum fuisse. Tamen locus Diodori a Ruehlio citatus suspicionem praebet interdum apud Trogum duo nomina eiusdem personae occurrisse (simili fortasse modo atque Iust. 41, 5, 8: Parthis rex Priapatius fuit sed et ipse Ar-*



saces dictus), *ex quibus Iustinus et Curtius alterum, traditio anecdoti alterum elegerit. Quocumque modo haec res se habet, id potissimum constat et apud Trogum matrimonii Alexandri cum Roxane initi mentionem factam esse, scilicet ante ea,*  
 5 *quae apud Iust. 12, 7, 1 narrata sunt. (Iust. 12, 15, 9 Roxane uxor Alexandri nuncupatur quasi res iam pridem nota esset.)*

95. a. Val. Max. 7, 2  
 ext. 11

Aristoteles autem Calli-  
 sthenen auditorem suum ad  
 Alexandrum dimittens mo-  
 10 nuit cum eo aut quam rarissime  
 aut quam iucundissime loqueretur,  
 quo scilicet apud 30 regias aures  
 vel silentio tutior vel sermone  
 esset acceptior. At ille, dum  
 15 Alexandrum Persica Macedonem  
 salutatione gaudentem 35 obiurgat  
 et ad Macedonicos mores invitum  
 revocare benivole perseverat,  
 20 spiritu carere iussus seram  
 neglecti salubris consilii paenitentiam  
 40 egit.

b. Iust. 12, 6, 17 — 7, 3

(*Post caedem Cliti*) multum profuere Callisthenis  
 philosophi preces; condiscipulatu  
 apud Aristotelen familiaris illi  
 et tunc ab ipso rege ad prodenda  
 memoriae acta eius accitus . . .  
 Dein, quod primo ex Persico  
 superbiae regiae more distulerat  
 ne omnia pariter invidiosiora  
 essent, non salutari sed adorari  
 se iubet. Acerrimus inter  
 recusantes Callisthenes fuit.  
 Quae res et illi et multis  
 principibus Macedonum exitio  
 fuit, siquidem sub specie  
 40 insidiarum omnes interfecti.  
 Retentus tamen est a Macedonibus  
 modus salutandi regis  
 explosa adoratione.

e. *Huc referenda sunt verba Val. Max. 9, 5 ext. 1 supra,*  
 45 *fr. 81a, praetermissa: (Alex.) taedio morum et cultus Macedonici vestem et instituta Persica adsumpsit. Ceterum cf. infra fr. 108a.*

96. a. Curt. 8, 12,  
 13 — 8, 14, 45

Abisares et Porus erant,  
 sed in Poro eminebat aucto-

b. Iust. 12, 8, 1—2

50 Unus ex regibus Indorum  
 fuit Porus nomine, viribus  
 corporis et animi magnitu-



ritas. Uterque ultra Hydaspem amnem regnabat et belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreverat...  
 5 (13, 2) Porum quoque nominis sui fama (*Alex.*) ratus ad deditionem posse compelli misit ad eum Cleocharen... Iam Hydaspem Alexander superare decreverat... (5) ad amnem Hydaspem pervenit, in cuius ulteriore ripa Porus consederat transitu prohibiturus hostem... (17) Alexander...  
 15 ad fallendum hostem talem dolum intendit. Erat insula in flumine amplior ceteris, silvestris eadem et tegendis insidiis apta... (18) Igitur ut a custodia huius opportunitatis oculos hostium averteret, Ptolomaeum omnibus turmis obequitare iussit procul insula et subinde Indos clamore terrere, quasi flumen transnaturus foret. Per conplures dies Ptolomaeus id fecit eoque consilio Porum quoque agmen suum ei parti, quam se petere simulabat, coegit advertere. Iam extra conspectum hostis insula erat. Alexander in diversa parte ripae statui suum tabernaculum iussit adsuetamque comitari ipsum cohortem... et omnem ap-  
 dine pariter insignis, qui bellum iam pridem audita Alexandri opinione in adventum eius parabat.  
 e. Frontin. strat. 1, 4, 9  
 Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro traici exercitum per flumen Hydaspem, adversus aquam adsidue procurrere iussit suos; et ubi eo more exercitationis adsecutus est, ut a Poro adversa ripa cavetur, per superiorem partem subitum transmisit exercitum.  
 d. Frontin. strat. 1, 4, 9a  
 Idem, quia Indi fluminis traiectu prohibebatur ab hoste, diversis locis in flumen equites instituit inmittere et transitum minari; cumque expectatione barbaros intentos teneret, insulam paulo remotiorem primum exiguo, deinde maiore praesidio occupavit atque inde in ulteriorem ripam transmisit; ad quam manum opprimendam cum universi se hostes effudissent, ipse libero vado transgressus omnes copias coniunxit.  
 e. Iust. 12, 8, 3—7  
 Commisso itaque proelio exercitum suum Macedonas



paratum regiae magnificen-  
 tiaae hostium oculis de indu-  
 stria ostendi . . . (23) Trai-  
 cere amnem cum ceteris co-  
 5 piis . . . parabat averso hoste 25  
 in eos, qui cum Ptolomaeo  
 inferiorem obsederant ri-  
 pam . . . (14, 34) . . . equus  
 eius (*sc. Alexandri*) multis  
 10 vulneribus confossus defi- 30  
 ciensque procubuit posito  
 magis rege quam effuso . . .  
 (38) . . . undique . . . in ip-  
 sum Porum tela congesta  
 15 sunt . . . (40) Ea res et Po- 35  
 rum et ceteros victoribus  
 tradidit . . . (45) Aegrum (*sc.*  
*Porum Alexander*) cura-  
 vit . . . , mox donavit am-  
 20 pliore regno quam tenuit.

invadere iubet, sibi regem  
 eorum privatum hostem de-  
 poscit. Nec Alexander pu-  
 gnae moram fecit; sed prima  
 congressione vulnerato equo  
 cum praeceps ad terram deci-  
 disset, concursu satellitum  
 servatur. Porus multis vul-  
 neribus obrutus capitur. Qui  
 victum se adeo doluit, ut,  
 cum veniam ab hoste acce-  
 pisset, neque cibum sumere  
 voluerit neque vulnera cu-  
 rari passus sit aegreque sit  
 ab eo obtentum, ut vellet vi-  
 vere. Quem Alexander ob  
 honorem virtutis incolumem  
 in regnum remisit.

*cf. praeterea Polyæn. 4, 3, 9. Arrian. 5, 9–15. Plut. Al. 60.*

97. a. Curt. 9, 1, 24 —  
 3, 10

40 Hinc in regnum Sopithis  
 perventum est. . . . (2, 3) 55  
 Aggrammen XX milibus  
 equitum ducentisque pedi-  
 tum obsidentem vias. . . .  
 45 (10) Macedones . . . in acie  
 et in castris senes facti . . . 60  
 fructum finito tandem peri-  
 culo expetere . . . (3, 2) ma-  
 nantibus lacrimis . . . uni-  
 50 versa contione effusius flente  
 Coenus ausus est . . . tribu- 65  
 nal accedere . . . : . . . (9) no-

b. Iust. 12, 8, 10–12

Cum ad Sophitis <re-  
 gnum> venisset, ubi eum ho-  
 stium CC milia <peditum et  
 XX milia> equitum opperie-  
 bantur, exercitus omnis non  
 minus victoriarum numero  
 quam laboribus fessus lacri-  
 mis eum deprecatur, finem  
 tandem bellis faceret; ali-  
 quando patriae reditusque  
 meminisset, respiceret mili-  
 tum annos, quibus vix aetas  
 ad reditum sufficeret. Osten-  
 dere alius canitiem, alius



HISTORIAE PHILIPPICAE

stra vis iam in fine est. In- 5 vulnera, alius aetate con-  
tuere corpora exanguia, tot sumpta corpora, alius cica-  
perfossa vulneribus, tot cica- tricibus exhausta . . .  
tricibus putria . . .

98. a. Curt. 9, 4, 26 —  
6, 1

Perventum deinde est ad  
oppidum Sudracarum . . .  
10 (5, 2 *rex*) in urbem hostium 40  
plenam praecipiti saltu se-  
met ipse inmisit . . . Vetusta  
arbor haud procul muro ra-  
mos . . . obiecerat . . . (9) Ille  
15 ad omnes ictus expositus non 45  
aegre tamen exceptum popli-  
tibus corpus tuebatur, donec  
Indus . . . sagittam . . . ita  
excussit, ut per thoracem  
20 paulum super latus dextrum 50  
infigeret . . . (12) Ille . . . dex-  
tera inpendentes ramos con-  
plexus temptabat adsurgere  
. . . Tandem Peucestes . . .  
25 subinde Timaeus et paulo 55  
post Leonnatus, huic Aristo-  
nus supervenit . . . (21) Pto-  
lomaem, qui postea regna-  
vit, huic pugnae adfuisse  
30 auctor est Clitarchus et Ti- 60  
magenes, sed ipse scilicet  
gloriae suae non refragatus  
adfuisse se missum in expe-  
ditionem memoriae tradidit.  
35 Tanta componentium vetus- 65  
ta rerum monimenta vel se-

b. Iust. 12, 9, 3—13

Hinc in Ambros et Su-  
gambros navigat . . . Cum  
proelio victor esset, exer-  
citus ad urbem eorum ducit.  
Quam desertam a defensori-  
bus cum de muro, quem pri-  
mus ceperat, animadvertis-  
set, in urbis planitiem sine  
ullo satellite desiliit . . . Ubi  
vero obrui multitudine se  
vidit, trunco se, qui tum  
propter murum stabat, ad-  
plicuit, cuius auxilio tutus  
cum diu agmen sustinisset,  
tandem cognito periculo eius  
amici ad eum desiliunt, ex  
quibus multi caesi; proelium-  
que tam diu anceps fuit,  
quoad omnis exercitus mu-  
ris deiectis in auxilium veni-  
ret. In eo proelio sagitta sub  
mamma traiectus cum san-  
guinis fluxu deficeret, genu  
posito tam diu proliatus est,  
donec eum, a quo vulneratus  
fuerat, occideret. Curatio  
vulneris gravior ipso vulnere  
fuit. Itaque ex magna despe-  
ratione tandem saluti red-  
ditus.



curitas vel, par huic vitium,  
credulitas fuit . . . (6, 1) Rex  
VII diebus curato vulnere . . .

c. Adde Ampel. 35, 2 Ptolomaeus Soter qui Alexandrum  
5 aput Oxydracas obiecto clipeo protexit. *Idem atque Curtius*  
*narrat Arrian. Anab. 6, 11, 7; contra cum Ampelio consen-*  
*tiunt Plut. fort. Alex. 1, 2. 2, 13 (sed in vita Alexandri 63 de*  
*hac re tacet). Pausanias 1, 6, 2. Steph. Byz. s. v. Ὀξυδράκαι.*  
*Quam versionem Trogus praebuerit, ex Iustini verbis per se*  
10 *clare diiudicari nequit: Ampelii narrationem Ptolemaei Ale-*  
*xandrum tegentis etiam tum ad Trogum referre possibile*  
*maneant, si hanc Timaginis Clitarche versionem Trogus*  
*simili modo atque Curtius quamquam refutandam obtulerit.*  
*Sed cum sub Ampelii corruptela opsidracas (vel. sim.) no-*  
15 *men Oxydracarum latere appareat, ex Iustini autem vocabulo*  
*Sugambros haud dubie manifestum sit Trogo nomen Sudra-*  
*carum tribuendum esse, Ampelius hoc loco alium fontem secu-*  
*tus sit. Ceterum simili modo Curt. 8, 1, 17 priorem quendam*  
*auctorem, fortasse Trogum ipsum, infestat; cf. infra fr. 108.*

99. a. Curt. 9, 10, 2

b. Iust. 12, 10, 7

20 Leonnato deinde praemis-  
so, ut puteos foderet,  
qua terrestri itinere duc-  
turus exercitum videba-  
tur — quippe sicca erat re-  
25 gio — . . .

Inde iter terrestre factu-  
rus, cum arida loca medii  
itineris dicerentur, puteos  
opportunitis locis fieri prae-  
cepit . . .

*Hos locos item atque supra fr. 97 et 98 ideo recepi, ut ex*  
*eis coniunctio Curtii cum Trogo etiam ad singula verba per-*  
*tinens clarius perspiciatur.*

100. a. Curt. 10, 2, 30

b. Iust. 12, 11, 8

35 Desiluit deinde frendens  
de tribunali et in medium

Ad postremum cum ver-  
bis nihil proficeret, ad cor-



HISTORIAE PHILIPPICAE

armatorum agmen se inmisit, notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit nec ausos re-  
 5 pugnare XIII adservandos  
 custodibus corporis tradidit. 10 et nemine prohibente tredecim correptos manu sua ipse ad supplicium duxit.

c. cf. Diod. 17, 109, 2: καταπληξάμενος δὲ τὸ πλῆθος ἐτόλμησεν αὐτὸς καταβὰς ἀπὸ τοῦ βήματος τοὺς αἰτιωτά-  
 15 τούς τῆς ταραχῆς ταῖς ἰδίαις χερσὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηρέ-  
 ταις πρὸς τὴν τιμωρίαν.

*Etiam hic communem Latinum fontem, id est Trogum subesse apparet.*

101. a. Val. Max. 1, 7  
 ext. 2

Quam bene Macedo-  
 20 niae rex Alexander per  
 quietem visa imagine  
 praemonitus erat ut vitae  
 suae custos esset diligen- 45  
 tior, si eum cavendi etiam  
 25 periculi consilio fortuna in-  
 struere voluisset: namque  
 Cassandri pestiferam sibi  
 dexteram somnio prius 50  
 cognovit quam exitu sen-  
 30 sit: existimavit enim ab  
 illo se interfici, cum eum  
 numquam vidisset. In-  
 terposito deinde tempore 55  
 postquam in conspectum  
 35 venit, nocturni metus  
 patefacta imagine, ut  
 Antipatri filium esse co-  
 gnovit, adiecto versu 60  
 Graeco, qui fidem som-  
 40 niorum elevat, praeparati

b. Iust. 12, 13,  
 6—14, 9

Reversus igitur Babyloniam  
 multis diebus otio datis inter-  
 missum olim convivium sol-  
 lemniter instituit; totusque in  
 laetitiam effusus cum diei noc-  
 tem pervigilem iunxisset, rece-  
 dentem iam e convivio Medius  
 Thessalus instaurata comisa-  
 tione et ipsum et sodales eius  
 50 invitavit. Accepto poculo media  
 potione repente velut telo con-  
 fixus ingemuit elatusque con-  
 vivio semianimis tanto dolore  
 cruciatus est, ut ferrum in re-  
 55 media posceret tactumque ho-  
 minum velut vulnera indoles-  
 ceret. Amici causus morbi in-  
 temperiem ebrietatis dissemina-  
 verunt, re autem vera insidiae  
 fuerunt, quarum infamiam suc-  
 cessorum potentia oppressit.  
 (14, 1) Auctor insidiarum Anti-



iam adversus caput suum  
veneficii, quo occidisse  
Cassandri manu creditur,  
suspicionem animo re- 30  
5 pulit.

c. Iord. Get. 10, 66

Alexander apud Babyl- 35  
loniam ministri insidiis  
potans interitum . . . (cf.  
supra fr. 57, ubi haec  
10 verba uncinis seclusa  
sunt).

d. Ampel. 16, 2

. . . nobilissimas urbes  
Asiae cepit Sardes Bac- 45  
tra Susa Babyloniam, ubi  
15 etiam defunctus dubium  
a vinolentia an veneno . . .  
(verba ex fr. 74 repetita)

e. Anecd. Rue.

Laur. 184: post haec Babyl-  
lonem venit ibique a Casan- 20  
dro et Iobas Antipatri filius a  
veneno peremptus est.

Bamb. 160: deinde venit in  
Babiloniam ibique a Cassan-  
dro et Iobas, qui fuerunt filii  
25 Antipatris, veneno occisus  
est.

pater fuit, qui cum carissimos  
amicos eius interfectos videret,  
Alexandrum Lyncestam, gene-  
rum suum, occisum, se magnis  
rebus in Graecia gestis non tam  
gratum apud regem quam invi-  
diosum esse, a matre quoque  
eius Olympiade variis se crimi-  
nationibus vexatum. Huc ac-  
cedebant ante paucos dies sup-  
plicia in praefectos devictarum  
nationum crudeliter habita. Ex  
quibus rebus se quoque a Mace-  
donia non ad societatem mili- 40  
tiae, sed ad poenam vocatum  
arbitrabatur. Igitur ad occu-  
pandum regem Cassandrum  
filium dato veneno subornat,  
45 qui cum fratribus Philippo et  
Iolla ministrare regi solebat,  
cuius veneni tanta vis fuit, ut  
non aere, non ferro, non testa  
contineretur, nec aliter ferri  
50 nisi in ungula equi potuerit;  
praemonito filio, ne alii quam  
Thessalo et fratribus crederet.  
Hac igitur causa apud Thessa-  
lum paratum repetitumque con-  
55 vivium est. Philippus et Iollas  
praegustare et temperare po-  
tum regis soliti in aqua fri-  
gida venenum habuerunt, quam  
praegustatae iam potioni super-  
60 miserunt.



## HISTORIAE PHILIPPICAE

*f. Curtii narratio de morte Alexandri permagnis lacunis libri X mutilata est; cf. quae Freinshemius ante 10, 5 supplavit; sed adferenda sunt ea saltem, quae in fine totius operis Curt. exhibet (10, 10, 14–19): Veneno necatum esse credere plerique: filium Antipatri inter ministros, Iollam nomine, patris iussu dedisse. Saepe certe audita erat vox Alexandri Antipatrum regium adfectare fastigium maioremque esse praefecti opibus ac titulo Spartanæ victoriae inflatum omnia a se data adserentem sibi. Credebant etiam Craterum cum veterum militum manu ad interficiendum eum missum. Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse constat, ut ferrum quoque exurat, ungulam iumentum dumtaxat patientem esse constat suci: Stygem appellant fontem, ex quo pestiferum virus emanat. Hoc per Cassandrum adlatum traditumque fratri Iollae et ab eo supremæ regis portioni inditum. Haec, utcumque sunt, credita eorum, quos rumor asperserat, mox potentia extinxit: regnum enim Macedoniae Antipater et Graeciam quoque invasit... Curtii verba credere plerique indicant etiam alteram versionem traditam et a Curtio relatam fuisse, praesertim cum hae insidiae appendicis tantum modo additae sint; Iustinus pro certo (re autem vera...) veneficium praebet; sed ex eo, quod paulo post, Iust. 14, 4, 12, Eumenes milites obiurgando dicit: Ipsum denique Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere, interempturi..., verisimile est etiam apud Trogum veneficium aliquanto cautius narratum fuisse. Ceterum locos allatos inter se cohaerere nullius eget documenti (de forma nominis Babylonia cf. supra ad fr. 37).*

102.

a. Anecd. Rue.

30 Laur. 185–192

Bamb. 162–167

qui et postea ibi Alexander postquam mortem sibi futuram sciens 40 Perdiccam proconsule suo regnum tradidit, Roxanem uxoremque suam commendavit. inter principes sua regna divisit. Monumentum suum de auri ta- 45 sed videndo se in mortis periculo stare Perdicca proconsuli suo regnum tradidit et commendavit illi uxorem suam Roxanem. alia sua regna, quae cepit, principibus suis divisit et praecepit Arideo, ut de centum talentis auri faceret



lenta centum in Aegypto Arideo  
facere iussit ibique regio more in  
honore sepulto requievit, annis  
triginta tribus natus. cum annis 10  
5 tredecim regnasset, vitam com-  
mutavit.

illi sepulchrum in Aegypto, quod  
et fecit; ibi sepultus est. a vice-  
simo nativitatibus suae anno reg-  
nare cepit et regnavit annos tre-  
decim.

b. Iordan. Get. 10, 66: ... Perdiccam ..., quem Ale-  
xander ... Atheniensium principatui hereditario iure reli-  
querat successorem (*cf. supra fr. 57 et 101c*).

e. Curt. 10, 5, 2 — 10, 20  
15 ... rex ...: 'Invenietis',  
inquit, 'cum excessero, di-  
gnum talibus viris regem' ... 35  
Dimissoque vulgo ... — nam  
et vox deficere iam coeperat  
20 — detractum anulum digito  
Perdiccae tradidit adiectis  
mandatis, ut corpus suum 40  
ad Hammonem ferri iube-  
rent. Quaerentibusque his,  
25 cui relinqueret regnum, re-  
spondit ei, qui esset opti-  
mus ... (10, 20) Ceterum 45  
corpus eius a Ptolomaeo, cui  
Aegyptus cesserat, Mem-  
30 phim et inde paucis post  
annis Alexandream trans-  
latum est ...

d. Iust. 12, 15, 7 — 16, 1  
Ad postremum corpus su-  
um in Hammonis templum  
condi iubet. (*adde* 13, 4, 6  
iubeturque Arridaeus rex  
corpus Alexandri in Ham-  
monis templum deducere).  
Cum deficere eum amici vi-  
derent, quaerunt, quem im-  
perii faciat heredem. Re-  
spondit 'dignissimum' ...  
Sexta die praeclusa voce  
exemptum digito anulum  
45 Perdiccae tradidit, quae res  
gliscentem amicorum dissen-  
sionem sedavit. Nam etsi  
non voce nuncupatus heres,  
iudicio tamen electus vide-  
50 batur. Decessit Alexander  
mense uno † et annos tres  
et XXX natus ...

*cf. vGu. Fragm. 200sq.; Rue. Anecd. 575.*

*ad lib. 12 cf. etiam quae supra, praef. p. XIII, de Plin.*  
55 *hist. nat. 3, 98 memorata sunt.*



## HISTORIAE PHILIPPICAE

### lib. 13

Prol. libri 13: Tertio decimo volumine continentur haec. Ut mortuo Alexandro optimates castrorum eius provinciarum imperia sint partiti; ut veterani, qui ab eodem lecti erant in colonias, moliti relictis illis in Graeciam redire  
5 a Pithone sint deleti. Bellum Lamiacum, quod Antipater in Graecia gessit. Bellum quo Perdiccas regem Ariarathem occidit; <ut> occisus est. Bellum, quo Eumenes Neoptolemum et Crateron occidit. Additae in excessu origines regesque Quirenarum.

10 **103.** *ad* Iust. 13, 4, 6 iubeturque Arridaeus rex corpus Alexandri in Hammonis templum deducere *cf. supra fr. 102 d.*

**104.** *ad* Iust. 13, 4, 21 Parapamenos finem Caucasi montis Oxyartes accepit *cf. supra fr. 94.*

### lib. 14

Prol. libri 14: Quarto decimo volumine continentur haec.  
15 Bellum inter Antigonum et Eumenen gestum: quem ut Cappadocia expulit Antigonus, sic Phrygia minore Arridaeam et Cliton victos in Hellesponto navali bello. Repetitur rursus bellum ab Eumene per Argyraspidas, quo victus ab Antigono interiit. Ut in Macedonia Cassander victo  
20 Polyperchonte receptaque a defectore Nicanore Munychia matrem Alexandri Olympiada Pydnae obsessam interfecit.

**105. a.** Frontin. strat. 4, 7, 34: Eumenes Cardianus, ex successoribus Alexandri, in castello quodam clausus, quoniam exercere equos non poterat, certis cotidie horis ita  
25 suspendebat, ut posterioribus pedibus innixi prioribus alle-



vatis, dum naturalem adsistendi appetunt consuetudinem, ad sudorem usque crura iactarent.

b. *Cum hoc loco primum, et quidem iure, confertur Nep. Eumen. 5, 3–6: (Eumenes) . . . in castellum Phrygiae quod*  
 5 *Nora appellatur confugit. In quo cum circumsederetur et vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod spatium non esset agitandi, callidum fuit eius inventum, quemadmodum stans iumentum concalferi exercerique posset, quo libentius et cibo uteretur et a corporis motu non*  
 10 *removeretur. Substringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere; deinde post verberibus cogebat exsultare et calces remittere. Qui motus non minus sudorem excutiebat quam si in spatio decurreret . . .*

15 *c. Sed eandem rem etiam Iust. 14, 2, 2–3 attingit: . . . Eumenes . . . victus in munitum quoddam castellum confugit. Ubi cum videret se fortunam obsidionis subiturum, maiorem exercitus partem dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti traderetur aut obsidio ipsa multitudine gravaretur. Notandum est primum Nepotem multis locis Trogo similia narra-*  
 20 *visse (cf. e. g. supra fr. 46 et 54), tum Frontinum hoc loco a Nepote paulum abscedere (ille enim narrat equos sua sponte, hic verberibus coactos exsultavisse), deinde Frontinum per multa alia ex Trogo hausisse, postremo hoc exemplum optime*  
 25 *cum Iustini huius obsidionis mentione convenire; quare non quidem exacte demonstrandum, attamen vix infitiandum sit etiam hoc Frontini strategema non tam Nepoti quam Trogo tribuendum esse. Cf. etiam ad insequens fr.!*

106. a. Ampel. 33, 1

b. Nep. Eum.

Eumenes Cardianus Philippi \*\*\* Alexandri armiger bellicosissimus, sed parum  
 30 prospera fortuna usus, adeo  
 (1, 1) Eumenes Cardianus. Huius si virtuti par data esset fortuna . . . (13, 2) In quo quanta omnium fuerit



HISTORIAE PHILIPPICAE

tamen terribilis ut vivente opinio eorum, qui post Ale-  
 eo nemo ausus sit rex appel- 5 xandrum Magnum reges sunt  
 lari. appellati, ex hoc facillime  
 potest iudicari, quod nemo  
 Eumene vivo rex appellatus  
 est . . .

10 *Hic Ampelii locus eisdem potissimum de causis recipiendus  
 erat, quae ad fr. antecedens allatae sunt; praeterea notetur Eu-  
 menem apud Nepotem nusquam armigerum Alexandri nomi-  
 natum esse (cf. in primis Nep. Eum. 2, 6); quod si Trogus simi-  
 lia praebuerit, inserenda sint inter ea, quae Iust. 14, 4 de Eu-  
 15 mene breviter attigit.*

107. a. Ampel. 15, 19

b. Nep. Milt. 6, 4

Demetrius Phalereus Idem ille populus, po-  
 <qui> vir bonus existimatus steaquam maius imperium  
 ob insignem iustitiam ideo- est nactus et largitione ma-  
 que statuis CCC est hono- 25 gistratum corruptus est,  
 20 ratus, quas ei pro libertate trecentas statuas Demetrio  
 posuerunt in facie publica. Phalereo decrevit.

*cf. Aßm. '41, 323, 111: „Rosenhauer“ (scil.: Joh. R., Sym-  
 bolae ad quaestionem de fontibus libri qui inscribitur de vir.  
 30 ill., Diss. Erlangen 1882) „weist gegen Woelfflin S. 34 mit  
 Recht nach, daß dies nicht aus Nepos genommen sein kann“;  
 sed ex quo fluxerit nisi ex Trogo? Locus, quo de hac re Trogus  
 rettulisse videtur, admodum definitur verbis prologi ut in Mace-  
 donia Cassander victo Polyperchonte receptaque . . . Munny-  
 35 chia . . . Olympiada . . . interfecit; cf. Iust. 14, 5, 5 Dein  
 profectus in Graeciam multis civitatibus bellum infert: hic  
 nominatione Demetrii opus erat.*

lib. 15

prol. libri 15: Quinto decimo volumine continentur haec.  
 Ut Demetrius Antigoni filius Gazae victus est ab Ptolomaeo.  
 40 Ut Cassander in Macedonia filium Alexandri regis interfecit,



ac alterum Polyperchon. Ut Cypro Ptolomaeum vicit classe  
Demetrius idemque ab obsidione Rhodi summotus est. Repe-  
tita in excessu origo Rhodiorum: unde digressus Demetrius  
liberavit a Cassandro Graeciam. Dein pater eius Antigonus  
5 bellum cum Lysimacho et Seleuco habuit. Repetitaeque  
Seleuci res et regis Indiae Sandrococti. Ut victus bello Anti-  
gonus interiit reliquiaeque imperii sunt a filio collectae.  
Cleonymi deinde Spartani res gestae Corcyrae et Illyrico  
et in Italia: cui ablata Corcyra. Rex Cassander interiit.

108. a. Val. Max. 7, 2  
ext. 11

10 (Callisthenes) . . . Alexan-  
drum Persica Macedonem  
salutatione gaudentem ob- 30  
iurgat . . . spiritu carere ius-  
sus (*verba ex fr. 95a repetita*)

e. Val. Max. 9, 3 ext. 1

15 Alexandrum iracundia 35  
sua propemodum caelo deri-  
puit: nam quid obstitit quo  
minus illuc adsurgeret nisi  
Lysimachus leoni obiectus  
20 et Clitus hasta traiectus et 40  
Callisthenes mori iussus? quia  
tres maximas victorias toti-  
dem amicorum iniustis caedi-  
bus victo reddidit?

d. Curt. 8, 1, 17

25 (*Antea refertur quomodo  
Alexander, Lysimachum aemu-*

b. Iust. 15, 3, 3—9

cum Alexander Magnus  
Callisthenem philosophum  
propter salutationis Persicae  
interpellatum morem insi-  
diarum, quae sibi paratae  
fuerant, conscium fuisse ira-  
tus finxisset eumque trun-  
catis crudeliter omnibus  
35 membris abscissisque auri-  
bus ac naso labiisque . . .  
miserandum spectaculum  
reddidisset, insuper in cavea  
cum cane clausum . . .  
40 circumferret: tunc Lysima-  
chus . . . miseratus tanti viri  
non culpae sed libertatis poe-  
nas pendentis venenum ei in  
remedia calamitatum dedit.

45 Quod adeo Alexander aegre  
tulit, ut eum obici ferocis-  
simo leoni iuberet. Sed . . .  
manum amiculo involutam



HISTORIAE PHILIPPICAE

*lans, solus leonem occiderit:)* Fabulam, quae obiectum leoni a rege Lysimachum temere vulgavit, ab eo casu, 10 quem supra diximus, ortam esse crediderim. Lysimachus in os leonis immersit abreptaque lingua feram exanimavit. Quod cum nuntiatum regi esset, admiratio in satisfactionem cessit cariolemque eum propter constantiam tantae virtutis habuit.

15 *cf. J. Kaerst, Quellenkunde des Q. Curt. Ruf. 1878, 59. Trogus videtur ille esse, cui Curtius hic, simili modo atque supra fr. 98, temeritatem obicit; tum autem quaerendum est, unde Curtius suam versionem, sc. venationem leonis, hauserit; si, ut mihi quidem videtur, item ad Trogum redit, ex his verbis*  
20 *Curtii (8, 1, 11–19) concludere liceat Iustinum huius venationis narrationem a Trogo datam praetermississe: inserenda esset ad Iust. 12, 5, 13, supra post fr. 92; sed cum hanc coniecturam parum firmis argumentis fulcire liceat, satis habui hic tantum eam breviter proferre.*

109. a. Ampel. 31, 1

25 (Reges Parthorum.) Seleucus Alexandri Macedonis amicus; cuius post mortem ab Arrhida<eo> fratre eius iussus Baby- 40 lonem optinere finitimos sub se redegit (unde Nicator est appellatus) et tres validissimas urbes constituit Antiochiam Seleu- 45 ciam Laodiciam.

b. Iust. 15, 4

(7 Seleucus) ubi post mortem Alexandri occupato regno Orientis urbem condidit... urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit... Multa in oriente post divisionem inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babyloniam cepit; inde... Bactrianos expugnavit. Transitum deinde in Indiam fecit... (20) ... Seleucus futurae magnitudinis fundamenta iaciebat.

*Ex posterioribus Seleuci apud Iustinum mentionibus, quae*  
50 *repetitionis modo nova quasi iam nota inferunt, elucet Trogum iam hic, sc. in libris 15 et 16, fusius de Seleuco locutum esse,*



cf. 38, 7, 1 (*Mithridates*, qui . . . maiores) maternos a magno Alexandro ac Nicatore Seleuco, conditoribus imperii Macedonici, referat. 41, 4, 3 (Parthi) a Nicatore Seleuco . . . possessi . . . 35, 1, 4 Seleucia. (prol. 15: Repetitaeque Seleuci  
5 res . . .). *De fonte Ampelii non satis constat, sed nihil eorum, quae praebet, non apud Trogum fuisse verisimile est.*

110. Serv. auct. georg. 4, 386 (= III p. 349 Thilo, *alias sub nomine Philargyrii sive Iunilii Flagrii citatum*): Carpathos enim insula est Aegypti vel, ut Pompeius dicit,  
10 insula Rhodiorum.

cf. *vGu. Fragm. 192*: „Bielowski setzt es“ (sc. fragmentum) „nach Dübners Vorgang in das 6.e Buch, vermutlich weil es in der Erzählung des Bundesgenossenkriegs vorgekommen sein könnte. Viel wahrscheinlicher gehört es in das 15.e Buch, nach  
15 den Worten des Prologs repetita in excessu origo Rhodiorum.“ *Hanc sententiam secutus sum haud ignorans rem parum certe et vix demonstrandam esse.*

lib. 16

prol. libri 16: Sexto decimo volumine continentur haec. Ut mortuo Cassandro ortisque inter filios eius certaminibus  
20 Demetrius adiutor alteri adhibitus occiso eo Macedoniae regnum tenuit: quo mox eiectus a Pyrro Epiri rege, translatis in Asiam bellis captus a Seleuco decessit. Ut Ptolomaeus nuncupato successore filio Philadelpho decessit. Ut Lysimachus in Ponto captus ac missus a Dromichaete rursus in  
25 Asia civitates, quae sub Demetrio fuerant, et in Ponto Heracleam occupavit. Repetitae inde Bithyniae et Heracleoticae origines, tyrannique Heracleae Clearchus et Satyrus et Dionysius, quorum filiis interfectis Lysimachus occupavit urbem.

111. a. Ampel. 35, 3

30 Ptolomaeus <eius> (sc. Soteros) filius Philadelphus lit-

b. Iust. 16, 2, 7

Ptolomaeus (sc. Soter) . . . contra ius gentium minimo



HISTORIAE PHILIPPICAE

teratissimus qui plurimos libros Graecos scripsit.

natu ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat eiusque rei populo rationem reddiderat.

*cf. Strabo 17, 789. Fortasse quae Ampelius servavit, ad 'rationem' Soteros pertinent.*

lib. 17

prol. libri 17: Septimo decimo volumine continentur haec.  
 10 Ut Lysimachus occiso filio Agathocle per novercam Arsinoën bellum cum rege Seleuco habuit, quo victus interiit: ultimumque certamen conmilitionum Alexandri fuit. Ut Seleucus amissis in Cappadocia cum Diodoro copiis interfectus est ab Ptolomaeo fratre Arsinoës uxoris Lysimachi,  
 15 in cuius vicem Ptolomaeus cognomine Ceraunus creatus ab exercitu rex Macedoniam occupavit; bella cum Antiocho et Pyrro composuit, datis Pyrro auxiliis, quibus iret contra Romanos defensum Tarentum. Inde repetitae origines regum Epiroticorum usque ad Pyrrum, ipsiusque Pyrri res  
 20 gestae priusquam in Italiam traiecit.

112. a. Flor. epit. 1, 18, 6

... et hinc bellum. Sed apparatus horribilis, cum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent omnibusque vehementior Pyrrhus, qui semigræcam ex Lacedaemoniis conditoribus civitatem vindicaturus cum totis viribus Epiri Thessaliae Macedoniae  
 30 incognitisque in id tempus elephantis mari terra, viris equis armis, addito insuper  
 45 ferarum terrore veniebat.

b. Iust. 17, 2, 11—15

Pyrrus rex Epiri... Tarentinis adversus Romanos laturus auxilium ab Antigono naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit, ab Antiocho pecuniam..., ab Ptolomaeo Macedonum militum auxilia. Sed Ptolomaeus... quinque milia peditum, equitum IV milia, elephantos L non amplius quam in biennii usum dedit...

*Continuabitur ad lib. 18, infra fr. 114.*



113. a. Vell. 1, 1, 1—3

b. Iust. 17, 3, 3—7

... Pyrrhus, Achillis filius, Post Pyrrus Achillis fi-  
Epirum occupavit... (3) Ore-<sup>10</sup> lius amisso per absentiam  
stes... se etiam a Pyrrho Troianis temporibus pa-  
Achillis filio virtute vindica-  
terno regno in his locis con-  
5 vit. Nam quod pactae eius sedit, qui... postea Epi-  
Menelai atque Helenae filiae rotae dicti sunt... brevi-  
Hermiones nuptias occupa-<sup>15</sup> que post tempore Delphis  
verat, Delphis eum interfecit. insidiis Orestae, filii Aga-  
memnonis, inter altaria dei  
interiit.

cf. Eurip. *Androm.* 1085 sqq. Hygin. *fab.* 123. *Velleium*  
<sup>20</sup> hic ex Trogo hausisse demonstrari nequit, sed cf. alios locos  
ex *Velleio* 1, 1 infra allatos fr. 120 et 167a.

e. Cum hoc testimonio coniungenda sunt ea, quae apud  
alios auctores alicubi cum Trogo facientes, inprimis apud  
*Frontinum*, narrantur de bello a Pyrrho cum Illyriis gesto,  
<sup>25</sup> cuius vestigium tantum quoddam servavit Iust. 17, 3, 22  
adulescens deinde multa bella gessit... et Iust. 25, 5, 5  
Illyriorum quoque... bellis numquam inferior. Huc potis-  
simum referas *Frontin.* 2, 6, 9: Pyrrhus Epirotarum rex,  
cum quandam civitatem cepisset clausisque portis ex ul-  
<sup>30</sup> tima necessitate fortiter dimicantes eos, qui inclusi erant,  
animadvertisset, locum illis ad fugam dedit (*totum caput*  
*est 'de emittendo hoste, ne clausus proelium ex desperatione*  
*redintegret'*).

d. Item *Frontin.* 3, 6, 3 (*titulus capitis totius: 'de di-*  
<sup>35</sup> *strictione praesidiorum hostium'*): Pyrrhus Epirotarum rex  
adversus Illyrios, cum civitatem quae caput gentis erat  
redigere in potestatem suam vellet, eius desperatione ce-  
teras urbes petere coepit consecutusque est, ut hostes fiducia  
velut satis munitae urbis eius ad tutelam aliarum dilaberentur:  
<sup>40</sup> quo facto revocatis ipse rursus omnibus suis vacuam  
eam defensoribus cepit.



prol. libri 18: Octavo decimo volumine continentur res a Pyrrō Epirota in Italia gestae contra Romanos, postque id bellum transitus eius in Siciliam adversus Carthaginienses. Inde origines Phoenicum et Sidonos et Veliae Carthaginisque  
5 res gestae in excessu dictae.

114. a. Flor. epit. 1, 18,  
7—15

Aput Heracleam Campaniae fluviumque Lirim Laevino consule prima pugna, quae tam atrox fuit ut  
10 Ferentanae turmae praefectus Obsidius invectus in regem turbaverit coegeritque proiectis insignibus proelio excedere. Actum erat, nisi  
15 elephantum converso in spectaculum bello procucurrissent, quorum cum magnitudine tum deformitate et novo odore simul ac stridore con-  
20 sternati equi, cum incognitas sibi beluas amplius quam erant suspicarentur, fugam stragemque late dederunt. In Apulia deinde aput Ascu-  
25 lum melius dimicatum est... postremusque fugientium rex ipse a satellitibus umero saucius in armis suis referretur. Lucaniae suprema pu-  
30 gna sub Arusinis quos vocant

b. Iust. 18, 1, 1—10

Igitur Pyrrus... (3) relicto custode regni Ptolemaeo filio... exercitum in portu Tarentino exponit...  
(4) Cuius audito adventu consul Romanus Valerius Laevinus festinans, ut prius cum eo congredere, quam auxilia sociorum convenirent, exercitum in aciem educit. Nec rex, tametsi numero militum inferior esset, certamini moram fecit. Sed Romanos vincentes iam in-  
visitata ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere proelio coegit, victoresque iam nova Macedonum repente monstra vicerunt.  
(7) Nec hostibus incruenta victoria fuit. Nam et Pyrrus ipse graviter vulneratus est et magna pars militum eius caesa, maioremque gloriam eius victoriae quam laetitia habuit. Huius pugnae



campis . . . ; set tum tota vic- 10 eventum multae civitates  
 toria . . . (15) (Pyrrhus) in- secutae Pyrro se tradunt.  
 teremptos cremavit capti- Inter ceteras etiam Locri  
 vosque indulgenter habuit prodito praesidio Romano  
 5 et sine pretio restituit mis- ad Pyrrum deficiunt. Ex  
 sisque legatis in urbem omni 15 ea praeda Pyrrus CC capti-  
 modo adnissus est ut facto vos milites gratis Romam  
 foedere in amicitiam reci- remisit, ut cognita virtute  
 peretur. eius Romani cognoscerent  
 etiam liberalitatem.

20 e. Frontin. strat. 2, 4, 12–13: Croesus praevalido ho-  
 stium equitatu camelorum gregem opposuit, quorum novi-  
 tate et odore consternati equi non solum insidentes praeci-  
 pitaverunt, sed peditum quoque suorum ordines protri-  
 verunt vincendosque hosti praebuerunt. (13) Pyrrhus Epi-  
 25 rotarum rex pro Tarentinis adversus Romanos eodem modo  
 elephantis ad perturbandam aciem usus est.

115. a. Val. Max. 3, 7, 10

Sunt et illa speciosa fidu-  
 ciae publicae exempla: nam  
 cum eo bello, quod adversus  
 30 Pyrrum gerebatur, Kartha-  
 ginienses C ac XX navium 45  
 classem in praesidium Ro-  
 manis Ostiam ultro misis-  
 sent, senatui placuit legatos  
 35 ad ducem eorum ire, qui di-  
 cerent populum Romanum 50  
 bella suscipere solere, quae  
 suo milite gerere posset:  
 proinde classem Karthagi-  
 40 nem reducerent . . .

b. Iust. 18, 2, 1–3

Interea Mago, dux Kar-  
 thaginiensium, in auxilium  
 Romanorum cum centum  
 XX navibus missus senatum  
 45 adiit aegre tulisse Kartha-  
 ginienses adfirmans, quod  
 bellum in Italia a peregrino  
 rege paterentur. Ob quam  
 causam missum se, ut, quo-  
 50 niam externo hoste oppu-  
 gnarentur, externis auxiliis  
 iuvarentur. Gratiae a senatu  
 Karthaginensibus actae au-  
 xiliaque remissa.



HISTORIAE PHILIPPICAE

116. a. Val. Max. 4, 3, 14

b. Iust. 18, 2, 6—8

Continentia vero . . . plebis . . . 15 . . . legatus a se-  
 cognita est . . . Pyrrus impetus sui natu Romano Fa-  
 terrore soluto ac iam Epiroticis bricius Luscinus mis-  
 armis languentibus benivolentiam sus pacem cum Pyrro  
 5 populi Romani mercari, quia vir- conponit. Ad quam  
 tutem debilitare nequiverat, cu- 20 confirmandam Cineas  
 piens paene totum regiarum opum Romam cum ingen-  
 apparatus in urbem nostram tibus a Pyrro do-  
 transtulerat. Ceterum cum et ma- nis missus neminem,  
 10 gni pretii et varii generis a legatis cuius domus muneri-  
 eius tam virorum quam feminarum 25 bus pateret, invenit.  
 apta usui munera circa domos fer- Huic continentiae Ro-  
 rentur, nulla cui(us)quam dono manorum simile exem-  
 ianua patuit . . . plum . . .

c. cf. Plut. Pyrrh. 18 καὶ δῶρα παισὶν αὐτῶν καὶ γυ-  
 30 ναιξὶν ἔπεμψε. similiter Valerius Max.: virorum quam  
 feminarum; de Pyrrho Trogum eodem fonte atque Plutarchum  
 usum esse constat; quare Iustinum ex Valerio supplere licet.

117. a. Val. Max.  
 2, 6, 15

b. Iust. 18, 5, 4—5

. . . Punicarum femina- nuptias statutis diebus dota-  
 rum . . . dedecus . . . : Sic- 45 lem pecuniam quaesituras in  
 35 cae enim fanum est Vene- quaestum ad litus maris mit-  
 ris, in quod se matronae tere, pro reliqua pudicitia  
 conferebant atque inde pro- libamenta Veneri soluturas.  
 cedentes ad quaestum, do- Harum igitur ex numero  
 tem corporis iniuria contra- 50 LXXX admodum virgines  
 40 hebant, honesta nimirum raptas navibus inponi Elissa  
 tam inhonesto vinculo con- iubet, ut . . . urbs subolem ha-  
 iugia iuncturae. bere posset.

cf. Ael. v. h. 4, 1. Strabo 11, 532 fin.; primo aspectu Va-  
 55 lerius et Iustinus valde inter se differre videntur, cum ille de  
 Punicis matronis, hic de Cypriis virginibus loquatur. Sed



*id ipsum diligentius inquirenti demonstret Valerium haud dubie ex Trogo fluxisse. Nam Iustinus hanc rem inter varias Elissae Punicae sortes narrat et adicit raptum earundem virginum. Hae ergo virgines postea matronae Punicae factae sunt. Apparet igitur apud Trogum aliquo modo narratum fuisse illas mulieres patrium morem secum ex Cypro Karthaginem in urbem condendam importavisse eaque de causa templum Veneris Siccae – quae urbs prope Karthaginem sita alioquin Veneria cognominari solet – sacravisse; nam tale aliquid postulatur ipso Valerii vocabulo matronae per se hic absurdo – sacram enim prostitutionem virginibus tantum convenire ex Valerii ipsius verbis apparet –; rursus ergo Valerii exemplum ad Trogi narrationem restituendam pertinet.*

lib. 19

prol. libri 19: Undevicensimo volumine continentur res Carthaginensium in Africa per Sabellum Annonem gestae et in Sicilia, cum Selinuntem et Agragantum et Camerinam et Gelam ceperunt: quo bello Dionysius Syracusanus Siciliae regnum occupavit. Bellum, quod cum eo Poeni per Himilconem gesserunt, qui obsidione Syracusarum exercitum et classem amisit.

**118. a.** Serv. Aen. 4, 37 (Ductoresque alii quos Africa terra triumphis/Dives alit): TRIUMPHUS DIVES i. e. bellicosa. et quidam dicunt Afros nunquam triumphasse. Plinius autem II. historiae naturalis et Pompeius Trogus Afros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert eos de Romanis saepius triumphasse suasque porticus Romanis spoliis adornasse: merito ergo dives triumphis.



HISTORIAE PHILIPPICAE

b. *Hoc fragmentum potissimum convenire videtur ad verba Iustini 19, 1, 6–7: In Sardinia quoque Asdrubal graviter vulneratus imperio Hamilcari fratri tradito interiit, cuius mortem cum luctus civitatis, tum et dictaturae undecim  
5 et triumphus quattuor insignem fecere. Sed cave ne huic attributioni nimis credas, nam nescimus nonne Trogus alio loco de ea re locutus sit.*

lib. 20

prol. libri 20: Vicensimo volumine continentur res gestae Dionysii Siculi patris. Ut pulsus Poenis Italica bella  
10 sit molitus. Inde repetitae origines Venetorum et Graecorum et Gallorum, qui Italiam incolunt. Deductisque Dionysii rebus ad interitum eius dictae quas Anno magnus in Africa gessit.

119. *Hoc loco reminisci licet, quae supra ad fr. 11 notata  
15 sunt.*

120. a. Vell. 1, 1, 1

b. Iust. 20, 2, 1

〈Epeus〉 tempestate 20 Metapontini quoque in templo distractus a duce suo Minervae ferramenta, quibus Nestore Metapontum Epeos, a quo conditi sunt, equum condidit. Troianum fabricavit, ostendant.

*Editores Vellei inde a Lipsio (1591) initium deperditum  
25 ex Iustino supplent.*

lib. 21

prol. libri 21: Uno et vicensimo volumine continentur haec. Ut in Sicilia Dionysius filius a patre amissum tractarit imperium. Per 〈Dionem〉 Dionysius eiectus bellum cum Siculis gessit, donec amissis liberis et fratribus Corinthum  
30 〈abiit〉. Ut a Timoleonte Carthaginensium bello sit liberata



Sicilia mortuoque Sosistratus iterum facta seditione arces-  
sitique ab illo Carthaginenses obsederunt Syracusas. Quo  
bello Agathocles nactus imperium est.

121. a. Ampel.  
15, 15

Dion qui octo one-  
5 rariis navibus Diony-  
sium regem Siciliae cen-  
tum rostratas habentem 15  
dum in Italiam abest  
regno expulit occupatis  
10 Syracusis.

b. cf. Nep. Dion 5, 3

Sed Dion . . . duabus onerariis  
navibus quinquaginta annorum  
imperium, munitum quingentis  
longis navibus, decem equitum  
centumque peditum milibus, pro-  
fectus oppugnatum . . . , adeo fa-  
cile perculit ut post diem ter-  
tium, quam Siciliam attigerat,  
Syracusas introierit.

20 *Ampelium hic vix e Nepote hausisse numeri divergentes  
inducant (alii alia, cf. Diod. 16, 9. 11. Plut. Dion. 14. 25. 28.  
Aelian. v. h. 6, 12); apud Iustinum Dio omnino non occur-  
rit, cum e prologo, quamquam et in eo nomen Dionis coniec-  
tura tantum insertum est, id tamen pro certo habendum sit  
25 Trogum de his rebus fusius et diligentius locutum esse quam  
sunt ea quae Iust. 21, 1 praebet.*

122. a. Ampel. 32b 6: Ti(m)oleon qui Corinthi fratrem  
suum regnantem interfecit; idem et Dionysium expulit  
neque ipse ab offerentibus regnum accepit, sed arcem quo-  
30 que demolitus est. Hic cum convitia mala audiret ait: tota  
vita mea id egi ut omnes liberi essemus.

b. cf. Nep. Timol. 1, 1 . . . huic uni contigit . . . , ut et pa-  
triam . . . oppressam a tyranno liberaret et a Syracusis . . .  
servitutem depelleret totamque Siciliam . . . in pristinum  
35 restitueret. (1, 3) . . . cum frater eius Timophanes . . . tyran-  
nidem per milites mercennarios occupasset . . . , tyrannum  
interficiendum curavit . . . (2, 1) Interim Dione Syracusis  
interfecto Dionysius rursus Syracusarum potitus est. Cuius  
adversarii opem a Corinthiis petierunt . . . Huc Timoleon



missus incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit. Cum interficere posset, noluit tutoque ut Corinthum perveniret, effecit . . . (3, 3) Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disiecit; 5 cetera tyrannidis propugnacula demolitus est deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent . . . privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit . . . (5, 3) . . . cum . . . Demaenetus . . . nonnulla in-veheretur in Timoleonta, dixit nunc demum se voti esse 10 damnatum: namque hoc a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restitueret Syracusanis, in qua cuivis liceret, de quo vellet, impune dicere. *Apparet Ampelium artissime cum Nepote cohaerere (nota inprimis demolitus est). Sed ex prologo constat (Ut a Timoleonte . . . sit liberata Sicilia) etiam Trogum similia narravisse. Postquam autem iterum atque iterum observavimus Ampelium aliis locis, absit sane quamvis proxime a Nepote, tamen cum Trogo cohaerere (cf. e. g. supra fr. 105 et 106), etiam hic Ampelii locus recipiendus erat. Certum est Iustinum finem 20 libri 21 – nam historia Timoleontis inserenda esset ante 21, 5 circiter – impudenter compilavisse.*

123. a. Val. Max. 6, 9  
ext. 6

Dionysius autem, cum hereditatis nomine a patre Syracusanorum ac paene totius Siciliae tyrannidem ac- 25 cepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatum potens, propter inopiam literas puerulos Corinthi do- 30 cuit eodemque tempore tanta mutatione maiores natu- ne quis nimis fortunae crederet magister ludi factus 35 ex tyranno monuit.

b. Iust. 21, 5, 1–8

. . . Dionysius . . . Corinthum in exilium proficiscitur. Ibi humillima quaeque tutissima existimans in sordidissimum vitae genus descendit . . . omniaque ista facere, ut contemnendus magis quam metuendus videretur. Novissime ludi magistrum professus pueros in trivio docebat, ut aut a timentibus semper in publico videretur aut a non timentibus facilius contemneretur . . .



e. cf. Cic. Tusc. 3, 12, 27: Dionysius quidem tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat: usque eo imperio carere non poterat.

d. cf. Cic. fam. 9, 18, 1: ... accepi tuas (sc. Paeti) litteras ..., ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod, ut Dionysius tyrannus, cum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse, sic ego ... amisso regno forensi ludum quasi habere coeperim: *Apud Ciceronem nova atque humilis Dionysii professio quasi compensatio quaedam tyrannidis, apud Iustinum autem dolus ad insidias evitandas excogitatus, apud Valerium denique exemplum tantum mutationis rerum interpretatur. Itaque Valerium ex Cicerone hausisse minus credibile sit quam ex Trogo, sed demonstrari potest neque illud neque hoc; neque id quidem refellere licet Valerium ex trito exemplo rhetorico pendere.*

124. a. Frontin. strat. 1, 2, 3: Carthaginienses, cum animadvertissent Alexandri ita magnas opes, ut Africae quoque inmineret, unum ex civibus, virum acrem nomine Hamilcarem Rhodinum, iusserunt simulato exsilio ire ad regem omnique studio in amicitiam eius pervenire: qua is potitus consilia eius nota civibus suis faciebat.

b. *Extractum videtur ex Trogo; cf. Iust. 21, 6: Inter haec Karthaginienses tanto successu rerum Alexandri Magni exterriti verentes, ne Persico regno et Africum vellet adiungere, mittunt ad speculandos eius animos Hamilcarem cognomento Rodanum, virum sollertia facundiaque praeter ceteros insignem ... Igitur Hamilcar per Parmeniona aditu regis obtento profugisse se ad regem expulsum patria fingit militemque se expeditionis offert. Atque ita consiliis eius exploratis in tabellis ligneis vacua desuper cera inducta civibus suis omnia perscribebat. Sed Karthaginienses post mortem regis reversum in patriam, quasi urbem regi venditasset, non ingrato tantum, verum etiam crudeli animo necaverunt. cf. Crohn p. 45.*



prol. libri 22: Secundo et vicensimo volumine continentur haec. Res gestae Agathoclis: ut a Poenis nactus imperium bellum cum ipsis gessit, primum in Sicilia; dehinc victus traiecit in Africam, ubi possessa provincia Ophellam  
 5 regem Cyrenarum interfecit. Ut rursus in Siciliam reversus, occupata totius insulae dominatione, cum revertisset in Africam, amissis copiis solus inde profugit in Siciliam, belloque ibi repetitus et cum Poenis pacem composuit et dissidentes a se Siculos subiecit.

10 **125.** Prisc. 5, 3, 12 (= Gramm. II 149, 4): excipitur 'flamēn' [sacerdos Iovis] et 'pectēn', quae sunt masculina. Trogus in XXII femininum a flamine protulit, 'haec flaminica': † Papicio flamen propter mortem flaminicae flaminio abiit. *vGu. Fragm. 193: „... Im*  
 15 *22.n Buche hatte Trogus die Geschichte des Agathokles behandelt. Es läßt sich mit dem Grade von Sicherheit, der bei der Behandlung von Fragmenten überhaupt möglich ist, behaupten, daß in diesem Zusammenhange kein römischer Name vorkommen konnte. Die Änderung Papirius ist also*  
 20 *mehr als gewagt. Ich halte es für das wahrscheinlichste, daß Trogus speciell römische Bezeichnungen wie flamen und was damit zusammenhängt auf nichtrömische Verhältnisse übertragen hat. Papicio wird irgend ein Sikeler geheißen haben“:* cf. Iust. 19, 1, 7 (supra fr. 118b), ubi de 'dictaturis' Asdrubalis loquitur. Ceterum, utcumque haec se habeant, hoc fragmentum vix plus docere aptum est quam Prisciano opus Trogi notum fuisse. Ad rem cf. Gell. 10, 15 de flamine Diali  
 25 Uxorem si amisit, flaminio decedit.

**126. a.** Val. Max. 7, 4

ext. 1

Agathocles autem Syracusarum rex audaciter cal-  
 30 lidus: cum enim urbem eius 35

**b.** Iust. 22, 4—8

(4, 1) Cum igitur victores

Poeni Syracusas obsidione cinxissent, Agathocles... stultit bellum in Africam trans-



maiore ex parte Kartha-  
ginienses occupassent, exer-  
citurum suum in Africam 35  
traiecit, ut metum metu,  
5 vim vi discuteret, nec sine  
effectu: nam repentino eius  
adventu percussi Poeni li-  
benter incolumitatem suam 40  
salute hostium redemerunt  
10 pactique sunt ut eodem  
tempore et Africa Siculis et  
Sicilia Punicis armis libe-  
raretur. Age si Syracusa- 45  
rum moenia tueri perseve-  
15 rasset? Sicilia belli malis ur-  
gueretur, bona pacis fru-  
enda securae Karthagini  
reliquisset. Nunc inferendo 50  
quae patiebatur, dum alie-  
20 nas potius lacescit opes  
quam suas tuetur, quo ae-  
quiore animo regnum dese-  
ruit, eo tutius recepit. 55

e. Frontin. strat. 1, 12, 8  
(C. Sulpicius Gallus de-  
25 fectum lunae imminentem,  
ne pro ostento exciperent 60  
milites, praedixit futurum,  
additis rationibus causisque  
defectionis.)

d. Frontin. strat. 1, 12, 9 65  
30 Agatocles Syracusanus ad-  
versus Poenos, simili eius-  
dem sideris deminutione

ferre, mira prorsus audacia,  
ut, quibus in solo urbis suae  
par non erat, eorum urbi bel-  
lum inferret, et qui sua tueri  
non poterat, impugnaret aliena  
victusque victoribus insulta-  
ret . . . (5, 2) exposito in Afri-  
cae litore exercitu consilium  
suum omnibus aperit: . . . qui-  
bus aliud nullum auxilium  
superesset, quam ut hostibus  
faciant quae ipsi patiantur . . .  
(7) nec in repentino Poenorum  
metu modicum momentum  
victoriae fore, qui tanta au-  
dacia hostium percussi trepi-  
daturi sint . . . Siciliam libe-  
rari posse; nec enim moratu-  
ros in eius obsidione hostes,  
cum sua urgeantur . . . (6, 1)  
His quidem adhortationibus  
animi militum erigebantur,  
sed terrebat eos portenti re-  
ligio, quod navigantibus sol  
defecerat. Cuius rei rationem  
non minore cura rex quam  
belli reddebat, adfirmans, si  
prius quam proficiscerentur  
factum esset, crediturum ad-  
versum profecturis prodigium  
esse; nunc, quia egressis acci-  
derit, illis, ad quos eatur, por-  
tendere. Porro defectus natu-  
ralium siderum semper prae-  
sentem rerum statum mutare,  
certumque esse et florentibus



HISTORIAE PHILIPPICAE

quia sub diem pugnae ut Karthaginiensium opibus et prodigio milites sui con-<sup>10</sup> laboribus adversisque rebus sternati erant, ratione qua suis commutationem significari. Sic consolatis militibus... obvius ei fuit...  
<sup>5</sup> cuit, quidquid illud foret, Hanno... (8, 15) ... Poeni ad rerum naturam, non ad ... duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem aequis condicionibus fecit.  
 ipsorum propositum perti-<sup>15</sup> nere.

*Valerium ex Trogo pendere apparet; quae Enmann p. 186*  
<sup>20</sup> *de Iust. 22, 4 iudicavit: „Diese ganze Tirade mit ihren Antithesen ist für eine kleine rhetorische Leistung des Iustin zu halten“, refutantur eo, quod etiam Valerius simili antitheseon exornatione de Agathoclis audacia loquitur: Iustinus ergo admodum sollerter Trogi narrationem servavisse videtur (cf.*  
<sup>25</sup> *Crohn p. 15, 1). Difficilius est dictu, an etiam Frontin. l. l. Trogo nitatur; a Iustino quidem differt in eo, quod de lunae, non de solis defectione loquitur et Agathoclem more Epicureorum naturales eius rei causas proferentem facit, cum apud Iustinum Agathocles vim portenti minime infitietur, sed*  
<sup>30</sup> *malum omen in adversarios vertere conetur. Fortasse autem hae variationes assimilatione quadam ad strategema antecedens (8, ex Livio 44, 37, 5–9 haustum; cf. Val. Max. 8, 11, 1 et alios, cum Iustinus etiam huic rei miraculi vim redderet: 34, 1, 7) effectae sunt, res ipsa nihilo setius ex Trogo hausta*  
<sup>35</sup> *est. cf. Diod. 20, 5, 5 sq.*

lib. 23

prol. libri 23: Tertio et vicensimo volumine continentur haec. Ut Agathocles domita Sicilia bellum in Italia Bruttis intulit. Repetitae inde Bruttiorum origines. Omnibus subactis rex seditione filii exheredati ac nepotis oppressus  
<sup>40</sup> interiit. Inter peregrinos deinde milites eius et Siculos bellum motum, quae causa Pyrrum, regem Epiri, in Siciliam adduxit, bella, quae Pyrrus cum Poenis et Mamertinis ibi



gessit et a Sicilia reversus in Italiam victusque proelio a Romanis revertit Epirum.

127. a. Iord. Get. 30,  
156

(Gothi) per Campaniam  
et Lucania simili clade per-  
5 acta Brittios accesserunt...:  
Bryttiorum si quidem regio 20  
in extremis Italiae finibus  
australi interiacens parti —  
angulus eius Appinini montis  
10 initium fecit — Adriaeque  
pelagus velut lingua por- 25  
recta a Tyrreno aestu seiun-  
gens nomen quondam a  
Bryttia sortitus regina. Ibi  
15 ergo veniens Alaricus . . .

b. Iust. 23, 1, 11—12

. . . fatigatus querelis so-  
ciorum Dionysius, Siciliae  
tyrannus, sexcentos Afros  
ad conpescendos eos (*sc. pa-*  
*stores Lucanos*) miserat; quo-  
rum castellum proditum sibi  
per Bruttiam mulierem ex-  
pugnauerunt ibique civita-  
tem concurrentibus ad opi-  
nionem novae urbis pastori-  
bus statuerunt Bruttiosque  
se ex nomine mulieris voca-  
verunt.

*His Iordanis verbis Trogum subesse primus coniecit*  
30 *Duebner. De qua re vGu. Fragm. p. 201 iudicat: „Aus Bri-*  
*ciorum – Bricia“ – sic enim legit – „ist offenbar Bryttiorum –*  
*Brytia zu machen . . . Brytia ist eine griechische Umschrei-*  
*bung von Brutia und deutet auf eine späte Zeit. Ein Grieche*  
*der guten Zeit hätte Βρυττία gesagt; Βρυττία findet sich zuerst*  
35 *bei Lucian Alex. 21 . . . Dies im Verein mit Tyrrheno aestu*  
*scheint mir deutlich genug auf einen griechischen Geschicht-*  
*schreiber der späteren Kaiserzeit hinzuweisen, aus dem Ior-*  
*danes die Geschichte des Alarich entlehnt hat, etwa auf Ab-*  
*lavius, dessen Werk er auch sonst benutzt hat. Die Ähnlich-*  
40 *keit der Erzählung des Iustin ist nicht groß genug, um die*  
*Beweiskraft jener Wortformen aufzuheben“. De Ablabio*  
*historico praeter breve Iordanis ipsius testimonium nihil fere*  
*constat, ne id quidem, utrum Graece an Latine scripserit.*  
*Th. Mommsen (in prooemio Iordanis, 1882 p. XXXVII)*



acute coniecit Ablabium Iordani solum ex Cassiodori opere notum fuisse, qui illum adhibuerit ubi narrationes Gothorum ipsorum refert. Cass. autem erat ipse natione Bruttius. Quare credas de rebus Bruttiorum Ablabium ipsum minus compe-  
 5 risse quam Cass.; invicem constat huic Trogi opus notum fuisse, ut verisimile sit eum, quae Trogus de origine Bruttiorum narret, diligenter perlegisse et occasione oblata adhibuisse; id quod Cass. nominibus alioquin sibi notissimis eam formam dedit, quae sibi usitata vel adamata erat, neque mi-  
 10 randum sit neque illius argumenti a vGu. allati patiens videtur esse; praeterea forma nominis parum constat, cf. app. crit. Quare quae Duebner coniecit, adhuc nisi erro quandam probilitatis speciem praebent, nisi praeferas Cass. ex traditione patria hanc rem de suo adiecisse. Ut ea sint fluxa, tamen  
 15 de ea re tacere illicitum videbatur.

## lib. 24

prol. libri 24: Quarto et vicensimo volumine continentur haec. Bellum, quod inter Antigonom Gonatam et Antiochum Seleuci filium in Asia gestum est. Bellum, quod Ptolomaeus Ceraunus in Macedonia cum Monunio Illyrio et  
 20 Ptolomaeo Lysimachi filio habuit, utque Arsinoën sororem suam imperio Macedonicarum urbium exuit, ipse cum Belgio Gallorum duce congressus interiit. Repetitae inde Gallorum origines, qui Illyricum occuparunt; atque ut ingressi Graeciam Brenno duce Delphis victi deletique sint.

128. a. Ampel.  
 32 b 2

25 \*\*\* qui cum impetum in Graeciam fecisset et Pythi Apollinis templum <as> cendisset, tempestate et  
 30 frigore exercitum amisit.

b. Iust. 24, 6—8

... Brennus, quo duce portio Gallorum in Graeciam se effuderat, ... Delphos iter vertit ... templum autem Apollinis Delphis ... (8, 2) Delphi ... resistentibus scandentesque Gallos ... armis obruebant ... (8, 9) et terrae motu portio montis abrupta Gal-



lorum stravit exercitum . . . In-  
secuta deinde tempestas est, quae  
grandine et frigore saucios ex  
vulneribus absumpsit.

5 *Ampelium hic de Brenno locutum esse et ex Trogo hausisse  
ex verbis ipsis apparet. Quare etiam vocabulum incendisset,  
quod traditum editores praebent, in ascendisset mutavi (cf.  
Iust.: scandentes), quod insuper sensu postulatur. Cognomen  
Apollinis, sc. Pythii, apud Iustinum deest: vix ab Ampelio  
10 additum, sed verisimilius a Iustino praetermissum sit. (Colores  
e narratione expeditionis Persicae sumptae: cf. Hdt. 8, 35 sq.,  
Iust. 2, 12, 8–10; Pomtow, NJbb. 129, 1889, 225 sqq.)*

lib. 25

prol. libri 25: Quinto et vicensimo volumine continentur  
haec. Ut Antigonus Gallos delevit, deinde cum Apollodoro,  
15 Cassandreae tyranno, bellum habuit. Ut Galli transierunt  
in Asiam bellumque cum rege Antiocho et Bithunia gesse-  
runt: quas regiones Tyleni occuparunt. Ut Pyrrus ex Italia  
reversus regno Macedoniae Antigonom exuerit, Lacedae-  
mona obsederit, Argis interierit; filiusque eius Alexander  
20 Illyricum cum rege Mitylo bellum habuerit.

129. a. Val. Max. 5, 1 ext. 4

(*antecedens exemplum de Pyrri  
miti animo narrat.*) Cuius tam mitis  
ingenii debitum fructum ultimo  
fati sui tempore cepit; nam cum  
25 diris auspiciis Argivorum invasis-  
set urbem, abscisumque eius caput  
Aleyoneus Antigoni regis filius ad  
patrem—propugnatores enim laboran-  
tibus aderat—laetus velut aliquod  
30 felicissimum victoriae opus attu-

b. Iust. 25, 5, 1–2

Repulsus ab Spar-  
tanis Pyrrus Argos pe-  
tit; ibi dum Antigo-  
num in urbe clausum  
35 expugnare conatur, in-  
ter confertissimos vio-  
lentissime dimicans sa-  
xo de muris ictus occi-  
ditur. Caput eius An-  
40 tigonon refertur. Qui



HISTORIAE PHILIPPICAE

lisset, Antigonus correpto iuvene, 15 victoria mitius usus  
 quod tanti viri subitae ruinae in- filium eius Helenum  
 memor humanorum casuum effuso cum Epirotis sibi de-  
 gaudio insultaret, humo caput sub- ditum in regnum remi-  
 5 latum causea, qua velatum caput sit eique insepulti pa-  
 suum more Macedonum habebat, 20 tris ossa in patriam re-  
 textit corporique Pyrrhi redditum ferenda tradidit.  
 honoratissime cremandum curavit.  
 Quin etiam filium eius Helenum  
 10 captivum ad se pertractum et cul-  
 tum et animum regium gerere ius-  
 sit ossaque ei Pyrrhi aurea inclusa  
 urna Epirum in patriam ad Ale-  
 xandrum fratrem portanda dedit.

*Ex additione horum locorum sine dubio pariter e Trogo  
 pendentium nonnulla Trogi operi restituere licet. Cum appella-  
 tione Alexandri filii Pyrrhi cf. prol. 25, qui testatur in  
 25 excessu libri etiam de eiusdem Alexandri bello Illyrico rela-  
 tum fuisse, quapropter adiungere locum insequentem liceat:*

c. Frontin. 2, 5, 10: Alexander Epirotes adversus Illy-  
 rios conlocata in insidiis manu quosdam ex suis habitu  
 Illyriorum instruxit et iussit vastare suam [id est Epiro-  
 30 ticam] regionem. Quod cum Illyrii viderent fieri, ipsi passim  
 praedari coeperunt eo securius, quod praecedentes veluti  
 pro exploratoribus habebant: a quibus ex industria in loca  
 iniqua deducti caesi fugatique sunt.

d. Memoratu dignus sit alios locus, ubi aliud huius Ale-  
 35 xandri strategema narratur, scilicet Frontin. 3, 4, 5: Ale-  
 xander oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundan-  
 tem prius castella, quae in confinio erant, cepit omnesque  
 ex his Leucadiam passus est confugere, ut alimenta inter  
 multos celerius absumerentur.

40 *Hanc quoque rem a Trogo, sive in fine libri 25 sive intra  
 narrationem libri 26 (cf. Iust. 26, 2, 9 Alexander rex Epiri*



ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens fines Macedoniae depopulatur) narratam fuisse probabile sit. (Notandum sane est omnibus fere eiusmodi locis Frontini, quae Trogo tribuere ausi sumus — cf. Frontin. 2, 6, 9 et 3, 6, 3, supra fr. 113c  
5 et d —, Gottholdum Gundermann in diligentissimo 'Conspectu locorum quibus eadem strategemata traduntur', quem editioni suae Frontini Teubnerianae, 1888, adiecit, nullum aliud testimonium addidisse, qua re coniectura hos potissimum locos e partibus quibusdam amissis operis historici a Frontino  
10 alioquin adhibiti, scilicet e Trogo fluxisse mihi paulum fulciri videtur).

Ad rem cf. E. Oberhammer, *Akarnanien, Ambrakia, Amphilochien und Leukas im Altertum*, Monachii 1887, 145 et R. Mack, *Grenzmarken und Nachbarn Makedoniens im Norden und Westen* (Diss. Göttingae 1951) p. 52; Peter R. Franke, *Alt-Epirus und das Königtum der Molosser* (Diss. Erlangae 1954) Kallmünz 1955.

lib. 26

prol. libri 26: Sexto et vicensimo volumine continentur haec. Quibus in urbibus Graeciae dominationem Antigonus  
20 Gonatas constituerit. Ut defectores Gallos Megaris delevit regemque Lacedaemonium Area Corinthi interfecit, dehinc cum fratris sui Crateri filio Alexandro bellum habuit. Ut princeps Achaiae Aratus Sicyonem et Corinthum et Megara occupavit. Ut in Syria rex Antiochus cognomine Soter  
25 altero filio occiso, altero rege nuncupato Antiocho decesserit. Ut in Asia filius Ptolomaei regis socio Timarcho decesserit a patre. Ut frater Antigoni Demetrius occupato Cyrenis regno interiit. Ut mortuo rege Antiocho filius eius Seleucus Callinicus regnum acceperit.

lib. 27

30 prol. libri 27: Septimo et vicensimo volumine continentur haec. Seleuci bellum in Syria adversus Ptolomaeum



Tryphonem: item in Asia adversus fratrem suum Antiochum Hieracem, quo bello Ancurae victus est a Gallis: utque Galli Pergamo victi ab Attalo Ziellan Bithunum occiderint. Ut Ptolomaeus Adaeum denuo captum inter-  
 5 fecerit, et Antigonus Andro proelio navali Sophrona vicerit. Ut a Callinico fusus in Mesopotamia Antiochus insidiantem sibi effugit Ariamenen, dein postea custodes Tryphonis: quo a Gallis occiso Seleucus quoque frater eius decessit, maioremque filiorum eius Apaturius occidit.

10 **130. a.** Val. Max. 9, 14 ext. 1: Regi Antiocho unus ex aequalibus et ipse regiae stirpis nomine Artemo perquam similis fuisse traditur. Quem Laodice uxor Antiochi interfecto viro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde  
 15 quasi ipsum regem aegrum conlocavit admissumque universum populum et sermone eius et vultu consimili fefellit, credideruntque homines ab Antiocho moriente Laodicen et natos eius sibi commendari.

*b. Hoc etiam exemplum ad Trogum recedere suspicor: certum quidem est Trogum de Antiocho cognominato Deo  
 20 plus quam mortem rettulisse: Iust. 27, 1, 1 Mortuo Syriae rege Antiocho cum in locum eius filius Seleucus successisset, hortante matre Laodice . . .*

*c. Idem narrat Plin. nat. hist. 7, 53: Antiocho regi Syriae e plebe nomine Artemo in tantum similis fuit ut  
 25 Laodice coniux regia, necato iam Antiocho, mimum per eum commendationis regnique successionis peregerit. Notandum est apud Plinium exemplum longius protractum esse (e plebe pro regiae stirpis; nimia brevitats!), quamquam de communi fonte Latino – intercedant sane auctores intermedii  
 30 velut collectio exemplorum – minime dubitandum est (cf. commendari > commendatio); cf. etiam Solin 1, 80.*



131. a. Val. Max. 9, 10  
ext. 1 b

b. Iust. 27, 1, 1–7

Clarae ultionis utraque re-  
gina, et Tomyris . . . (*cf. su-  
pra fr. 29d*) et Berenice quae 20  
Laodices insidiis interceptum  
5 sibi filium graviter ferens ar-  
mata currum conscendit per-  
secutaque satellitem regium,  
crudelis operis ministrum no- 25  
mine Caeneum, quem hasta  
10 nequiquam petierat, saxo ic-  
tum prostravit ac super eius  
corpus actis equis inter in-  
festa contrariae partis ag- 30  
mina ad domum, in qua in-  
15 terfecti pueri corpus occul-  
tari arbitrabatur, perrexit.

. . . Seleucus . . . hortante  
matre Laudice, quae prohi-  
bere debuerat, . . . Beroni-  
cen, novercam suam, soro-  
rem Ptolomei, regis Aegyp-  
ti, cum parvulo fratre ex ea  
suscepto interfecit . . . Porro  
Beronice, cum ad se inter-  
ficiendam missos didicisset,  
Daphinae se claudit. Ubi  
cum obsideri eam cum par-  
vulo filio nuntiatum . . . es-  
set, . . . auxilia ei omnes mi-  
sere. Frater quoque . . . cum  
omnibus viribus advolat. Sed  
Beronice ante adventum au-  
xiliorum, cum vi expugnari  
non posset, dolo circumventa  
35 trucidatur.

*Ad hos locos interpretandos cf. W. Otto, Beiträge zur Seleu-  
kidengeschichte des 3. Jhd., Abh. Bay. Akad. München 1928,  
55 sqq.; Jacoby, FGrHist. II B 885. D 589. Boerma p. 6.*

132. a. Ampel. 35, 4: Ptolomaeus Euergetes qui ingenti  
40 classe Rodios vicit. *Probabiliter ex Trogo; inserendum sit  
circiter ad*

b. Iust. 27, 2, 1–5: Post discessum Ptolomei Seleucus  
cum . . . ingentem classem comparasset . . . classem nau-  
fragio amittit . . . damnis ditior redditus veluti par viribus  
45 bellum Ptolomeo infert, sed . . . victus . . . Antiochiam con-  
fugit.

133. a. Iust. 41, 4

b. Iust. 27, 2, 7 — 3, 12

(4) Huius defectio- 50 Antiochus autem cum esset  
nis inpunitatem illis annos XIV natus, supra aetatem  
(*sc. Parthis*) duorum regni avidus occasionem non tam



HISTORIAE PHILIPPICAE

fratrum regum, Seleuci et Antiochi, discordia dedit, qui dum invicem eripere sibi regnum volunt, 5 persequi defectores omiserunt. . . . (6) . . . Arsaces . . . solitus latrociniis et raptis vivere accepta opinione Seleucum a Gal- 10 lis in Asia victum, solutus regis metu . . . nec multo post cum Seleuco rege ad defectores 15 persequendos veniente congressus victor fuit.

pio animo, quam offerebatur, adripuit, sed latronis more fratri totum eripere cupiens puer sceleratam virilemque sumit audaciam . . . (9) Ptolomeus . . . in annos X cum Seleuco pacem facit, sed pax ab hoste data interpellatur a fratre, qui conducto Gallorum mercen- 25 nario exercitu pro auxilio bellum, pro fratre hostem imploratus exhibuit. In eo proelio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit, sed Galli arbitantes Seleucum in proe- 30 lio cecidisse in ipsum Antiochum arma vertere, liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod ubi sensit Antiochus, velut a praedonibus 35 auro se redemit societatemque cum mercennariis suis iungit . . . (3, 12) Seleucus quoque iisdem ferme diebus amisso regno equo praecipitatus 40 finitur.

*Hoc loco Iustinum ex Iustino ipso supplere licet; nam apparet in libro 27 ea, quae 41 breviter attinguntur, fusius narrata fuisse, inprimis bellum a Seleuco ultimum gestum. Ceterum cf. quae affert Boerma p. 10.*

lib. 28

45 prol. libri 28: Octavo et vicensimo volumine continentur haec. Ut mortuo rege Epiri Alexandro Laodamiam Epirotae occiderint. Dictique in excessu Basternici motus. Ut rex Macedoniae Demetrius sit a Dardanis fusus: quo mortuo tutelam filii eius Philippi suscepit Antigonus, qui Thes- 50 saliam et in Asia Cariam subiecit et adiutis Achaeis contra



regem Spartanum Cleomenem cepit Lacedaemona: amis-  
soque regno Cleomenes Spartanus confugit Alexandriam  
atque ibi interiit. Dictum in excessu bellum Illyricum, quod  
Romani gessere cum Teuta.

lib. 29

5 prol. libri 29: Undetricensimo volumine continentur haec.  
Res gestae Philippi regis adversus Dardanos et Aetolos,  
repetitaeque inde Creticae origines, post cuius insulae societa-  
tem Philippus cum Illyriis et Dardanis et rursus Aetolis bello  
congressus est adiuvantibus Aetolos Romanis: quo finito  
10 intulit Attalo bellum.

134. Serv. Aen. 3, 108: TEUCRUS. . . .: alii, inter quos  
et Trogus, Scamandri filium tradunt, qui Scamander quum  
Creta frugum inopia laboraret . . . profectus est . . . ad  
Phrygiam . . ., in Idae montis radicibus aedificia collocavit.  
15 *De tota continuatione (accedente Serv. Aen. 1, 38) vide  
supra fr. 8 et fr. 28. Duebner hoc Servii testimonium ad li-  
brum 29 (cf. prol.: inde Creticae origines) inserendum esse  
iudicavit. Quod quamquam vGu. optimo iure improbavit,  
tamen valent ea, quod idem antea – quoad ipse Duebnerum  
20 sequi voluit – dixerat (vGu. Fragm. p. 192): „Wir sehen  
daraus, daß das Werk des Trogus noch reichhaltiger war, als  
selbst die Prologe ahnen lassen . . .“; nam id minimum e  
Servii narratione constat Trogum de Cretae antiquissima  
historia bene instructum fuisse; praeterea mons Ida Phrygiae  
25 vix sine mentione montis Cretici eiusdem nominis appel-  
lari potuit; notandum praeterea est Apollinis nomen Smin-  
theus solum in traditione Trogiana (Cretenses enim murem  
Sminthicem dicunt) e lingua Cretica derivatum esse, cum  
altera traditio idem nomen linguae Phrygicae tribueret  
30 (. . . sminthos mures vocari a Phrygibus). Non ergo quidem  
singillatim dici potest, quid Trogus de Cretae originibus  
memoriae prodiderit, sed generatim non pauca neque minus  
sollenter collecta fuisse quam ea, quae libro primo in longe  
alia continuatione de antiqua Cretensium historia attigerat.*



HISTORIAE PHILIPPICAE

135. a. Ampel. 16, 3

Philippus qui post Alexandrum [Macedoniam] septimo gradu Macedoniam regnavit . . . (*continuabitur fr.*  
5 136)

b. Iust. 29, 1, 2

. . . in Macedonia Philippus mortuo Antigono, tutore eodemque vitrico, annorum XIV regnum suscepit.

lib. 30

10 prol. libri 30: Tricensimo volumine continentur haec. Ut mortuo Ptolomaeo Tryphone filius eius Philopator Antiochum regem vicit Raphiae, ipse amore Agathocleae corruptus decessit relicto filio pupillo, in quem cum Philippo rege Macedonum consensit Antiochus. Philippi deinde gesta  
15 in Asia, cum movisset Attalo bella: a quibus reversus bellum habuit cum ducibus Romanis Sulpicio et Flaminino, a quibus victus; pax. Transitus deinde ad res Antiochi, qui post regnum acceptum persecutus defectores in Mediam Molonem, in Asiam Achaeum, quem obsedit Sardibus, pa-  
20 cata superiore Asia Bactris tenus in bella Romana descendit.

136. a. Ampel. 16, 3

Philippus . . . (*cf. supra fr. 135*) invectus in Graeciam cum saeve dominaretur a  
30 Sulpicio consule in Phocide victus est, mox a Flaminio in [Macedonia] Thes-

b. Iust. 30, 3, 1—4, 17

Grata legatio Romanis fuit causas belli adversus Philippum quaerentibus . . .  
(5) . . . interim legationes Attali regis et Rhodiorum iniurias Philippi querentes Ro-



salia aput Cynocephalas ubi  
dato obside filio Demetrio  
regni parte multatus est.

e. Ampel. 44

Populus Romanus cum  
5 Macedonibus bellum ter ges-  
sit: sub Flaminino consule  
regem eorum Philippum vi-  
cit . . . (*continuabitur infra*  
*fr. 143e et 144e*). Primi belli  
10 causa quod de iniuriis Mace-  
donum Graeci quereban-  
tur . . . (*item!*)

d. Iust. 32, 2, 3

Demetrium, Philippi fili-  
um . . . senatus verecundia  
15 eius motus, quae probata  
etiam antea, cum obses Ro-  
mae esset, omnibus fuerat . . .

e. prol. (*cf. supra*)

(Philippus) . . . bellum ha-  
buit cum ducibus Romanis  
20 Sulpicio et Flaminino, a qui-  
bus victus; pax . . .

mam venerunt . . . Statim  
igitur . . . bellum adversus  
Philippum decernitur, legio-  
25 nesque cum consule in Mace-  
doniam mittuntur. Nec mul-  
to post tempore fiducia Ro-  
manorum tota Graecia, ad-  
versus Philippum spe pris-  
tinae libertatis erecta, bel-  
30 lum ei intulit; atque ita cum  
undique rex urgeretur, pa-  
cem petere compellitur . . .  
(4, 5) Interim a senatu re-  
pudiata pace Philippus . . .  
35 hortari suos coepit . . . (8)  
Sed et Flamininus, Romanus  
consul . . . suos stimulabat . . .  
(15) . . . concitati milites proe-  
lio concurrunt . . . (16) Sed  
Macedonas Romana fortuna  
vicit. Fractus itaque bello  
Philippus pace a Flaminino  
consule petita nomen quidem  
45 regium retinuit, sed omnibus  
Graeciae urbibus, velut regni  
membris extra terminos an-  
tiquae possessionis, amissis  
solam Macedoniam retinuit.

50 *Admodum clare perspicere licet, quomodo Iustinus Trogi  
opus abbreviaverit, inprimis nominibus propriis (Cynosce-  
phalae, Sulpicius, Demetrius) praetermissis. De alia tradi-  
tione cf. Flor. 2, 7, 4.*

lib. 31

prol. libri 31: Uno et tricensimo volumine continentur  
55 haec. Bellum, quod cum Lacedaemonio Nabide Titus Fla-



HISTORIAE PHILIPPICAE

mininus et Philopoemen dux Achaeorum gessit. Item bellum, quod cum Antiocho in Achaia per Acilium consulem, et in Asia per Scipionem gestum est, denique Hannibalis ad regem a Carthagine fuga. Bellum cum Aetolis gestum  
5 per eundem Acilium, qui Antiochum Graecia expulerat.

137. Oxyrrh. Pap. I 30 p. 59:

<p><i>Recto:</i></p> <p>]·TUM·IMPERI ]QVE·PRÁEFECTÍ ]·SATIS·POLLÉRENT 10 ]VS·ATQUE·ANTIOCH[US GE]NERIS·DÉSPECTÍ· GEN]TESQUE·ALIÉNAS· SP]ECTARENT· ]A PHILIPPUS 15 ]ÓNE·ANT[IOCHVS ]VALIDIO[</p>	<p><i>Verso:</i></p> <p>.RT...[ ]ER SUPERAT·'E·[ ]O Q̄ REX·HIEME·C[ ]H·CAVE PACTÍ[ ]S ILLI PAX RO[MA]NV[ ]COITV·TRANS...[ ]ROMA [...] EQVI[ ]THRAC[.] M·AT[ ]M·AUXILIEIS[ ]ERREXIT [  ]PHRYGIA[ ]..[</p>
---	--

30 *Editores huius folii membranacei, quod W. Crönert, Archiv Pap. I 1900, 119 saeculo tertio p. Chr. n. attribuit, arbitrati sunt in eo fragmentum Pompei Trogi servatum esse; certum est verba adhuc legenda de bello Romanorum cum Philippo et Antiocho gesto agere; contra H. Diels, SB Berlin 1898, 497 pu-*  
35 *tavit ex litteris servatis versus Ennii restitui posse; sed hanc attributionem valde dubiam esse iam Crönert l. l. recte iudicavit. Ceterum res adhuc in incerto est; admodum sane mirum esset, si profecto Trogi fragmentum tale inveniretur; nihilo minus rem silentio praeterire nolui, cum eius interdum mentio*  
40 *fieri soleat (cf. e. g. Schantz-Hosius II<sup>4</sup> 326), praeterea ne tacendo coniecturam a Diels prolatam probare videar.*

138. a. Frontin.

strat. 1, 8, 7

b. Iust. 31, 4, 4—10

Romani quoque legatos ad Antiochum misere, qui sub specie Legati Romanorum, 45 cum mis<si> essent ad legationis et regis apparatus spe-



Antiochum regem, qui 15 cularentur et Hannibalem aut Ro-  
secum Hannibalem manis mitigarent aut adsiduo con-  
victis iam Carthagi loquio suspectum invisumque red-  
niensibus habebat con- derent regi. Itaque legati . . . ad-  
5 siliumque eius adver- sidui circa Hannibalem fuere . . .  
sus Romanos instrue- 20 res gestas eius laudare, quarum  
bat, crebris cum sermone laetus saepius cupidiusque  
Hannibale conloquiis cum legatis conloquebatur, ignarus  
effecerunt, ut is regi quod familiaritate Romana odium  
10 fieret suspectus, cui sibi apud regem crearet. Quippe  
gratissimus alioquin et 25 Antiochus . . . veluti hostem prodi-  
utilis erat propter cal- toremque suum odisse coepit.  
liditatem et peritiam  
bellandi.

e. cf. Liv. 35, 14: . . . Villius . . . Ephesum profectus . . .  
dedit operam ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat,  
saepe congredere, ut animum eius temptaret et, si qua  
30 posset, metum demeret periculi quicquam ei ab Romanis  
esse. Iis colloquiis aliud quidem actum nihil est, secutum  
tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, ut vilior  
ob ea regi Hannibal et suspectior ad omnia fieret. (*ad eun-  
dem Livii locum cf. supra fr. 77*).

35 d. Nep. Hann. 2,2: Ad quem (*sc. Antiochum*) cum legati  
venissent Romani, qui de eius voluntate explorarent darent-  
que operam, consiliis clandestinis ut Hannibalem in suspi-  
cionem regi adducerent, tamquam ab ipsis corruptus alia  
atque antea sentiret, neque id frustra fecissent idque Hanni-  
40 bal comperisset seque ab interioribus consiliis segregari vi-  
disset, . . . adiit ad regem . . .

*Haud facile est diiudicatu, quocum auctore Frontinus artius  
coeat; notandum sane est primum apud Livium suspicionem  
regis contra Hannibalem a Romanis minime provisum, apud  
45 Iustinum Nepotem Frontinum autem consilio effectum esse;  
deinde apud Nepotem Hannibalem statim iustificari, ut  
suspicio Antiochi continuo in irritum redigatur, apud Li-  
vium Iustinum Frontinum autem suspicionem manentem  
magnum effectum habere. In utraque re Frontinus igitur cum  
50 solo Iustino facit.*



HISTORIAE PHILIPPICAE

139. a. Iust. 38, 6, 3

b. Iust. 31, 8, 1–7

Eumenen, cuius clas-  
sibus primo in Asiam  
fuere transiecti, cuius 10  
exercitu magis quam  
5 suo et Magnum Antio-  
chum... domuerant...

cum ... bellum pararetur in-  
gressique Asiam Romani ... (5)  
Profectis ab Ilio Romanis Eumenes  
rex cum auxiliis occurrit, nec multo  
post proelium cum Antiocho com-  
missum ... in dexteriore cornu  
pulsa legio Romana ... in proe-  
15 lium revertitur, magnaue caede  
edita initium victoriae fuit.

*Ex Iust. 38 apparet etiam 31 non solum de dextro cornu Romanorum, sed diligentius de tota pugna et de ope ab Eumene lata dictum fuisse. (cf. infra fr. 142c et 145.)*

lib. 32

20 prol. libri 32: Secundo et tricensimo volumine continen-  
tur haec. Defectio ab Achaeis Lacedaemoniorum et Messe-  
niorum, qua Philopoemen interiit. Romanorum in Asia duce  
Manlio adversus Gallos bellum. Regis Philippi propter ab-  
latas sibi civitates alienatus in Romanos animus, et ob hoc  
25 alter filiorum Demetrius occisus, concitatique ab eo Basternae  
transire conati in Italiam. Inde in excessu dictae res Illyricae:  
ut Galli, qui occuparant Illyricum, rursus redierunt in Gal-  
liam: originesque Pannoniorum et incrementa Dacorum per  
Burobusten regem. In Asia bellum ab rege Eumene gestum  
30 adversus Gallum Ortiagontem, Pharnacem Ponticum et  
Prusian, adiuvante Prusian Hannibale Poeno. Res gestae  
Hannibalis post victum Antiochum et mors. Mortuo Seleuco  
filio magni Antiochi successit regno frater Antiochus.



140. a. Ampel.

16, 4

Perses [Philippus]  
Philippi filius cum ma-  
ximis copiis Macedo-  
niis et <ferocissimis  
5 auxiliis Thracum et 15  
Gallorum> cum impe-  
tum in Graeciam fe-  
cisset . . . (*continuabi-  
tur infra fr. 143a*)

b. Iust. 32, 3, 4 — 4, 1

10 (Philippus) decessit relicto ma-  
gno belli apparatu adversus Ro-  
manos, quo postea Perseus usus  
est. Nam et Gallos Scordiscos ad  
belli societatem perpulerat, fecis-  
setque Romanis grave bellum nisi  
decessisset. Nam . . . (*sc. pars Gal-  
lorum*) in confluente Danuvii et  
Savi consedit Scordiscosque se  
appellari voluit . . . (12) Ex gente  
20 Tectosagorum non mediocris popu-  
lus . . . in Pannonia consedit . . . (15)  
Histrique . . . (16) Daci quoque . . .  
(4, 1) Igitur Perseus . . . omnes has  
gentes adversum Romanos in socie-  
25 tatem belli sollicitabat.

c. *Aßm.* '35 supplet Ampelium e Floro 2, 12, 2-3, ubi  
legitur: . . . successerat Philippo filius Perses . . . Multo ve-  
hementius sub hoc Macedones quam sub patre exurgunt.  
Quippe Thracas in vires suas traxerant atque ita indu-  
30 striam Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum  
disciplina Macedonica temperavere, *adhibito praeterea  
Livio 42, 52, 11. Etiam apud Iustinum nonnulla excidisse  
apparet ex et ante Gallos, quod minimum alterum, fortasse  
et tertium et sibi postulat (quare Ruehl in sua Iustini editione  
35 lacunam statuit; sed vestigium epitomes est). Ceterum notetur  
apud Florum Persem demum ceteras Thracum gentes adsci-  
visse (item apud Iustinum, cf. supra), de Gallis autem men-  
tionem non facere, Gallos apud Iustinum iam a Philippo in  
societatem perpulsos esse; desunt ergo et apud Ampelium et  
40 apud Iustinum nomina gentium iam a Philippo, non demum  
a Perse adscitorum; quae quomodo repperiantur, nescio, sed  
Aßmanni supplementum certe reiciendum est. Id sane monstrat  
Ampelius apud Iustinum profecto aliquid excidisse.*



HISTORIAE PHILIPPICAE

141. a. Frontin. strat.  
4, 7, 10—11

Hannibal regi Antiocho monstravit, ut in hostium classem vascula iacularetur viperis plena, quarum metu 30 perterriti milites a dimicatione et nauticis ministeriis impedirentur.

[11. Idem fecit iam cedente classe sua Prusias.] 35

e. Ampel. 34, 2

10 Prusias rex amicus populi Romani ad quem Hannibal victo Antiocho confugit et cum a rege exposceretur per legatos veneno se liberavit.

d. Schol. Cic. Bob.

Sest. 142 p. 143, 17 (*Stangl*) 45

15 . . . Hannibal . . . defugit ad Prusiam in Bithyniam ibique hausto veneno decessit Romanis imminentibus, qui eum comprehendere gestiebant. 20

e. Schol. Iuv. ad S. 10, 161 (*p. 171, 26 Wessner = p. 324 Jahn*) 55

(Hannibal) in Africa victus ab Scipione et postea pulsus a civibus fugit ad Antiochum Syriae regem, quem inpulsum ad bellum 25

b. Iust. 32, 4, 2—8

Interim inter Prusiam regem, ad quem Hannibal post pacem Antiocho a Romanis datam profugerat, et Eumenum bellum ortum est, quod Prusias Hannibalis fiducia rupto foedere prior intulit. Namque Hannibal, cum ab Antiocho Romani inter ceteras condiciones pacis deditionem eius poscerent, admonitus a rege . . . Cretam defertur. Ibi cum diu quietam vitam egisset . . ., ad Prusiam contendit . . . Dein, cum Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset et proelium in mare transtulisset, Hannibal novo commento auctor victoriae fuit; quippe omne serpentium genus in fictiles lagoenas coici iussit medioque proelio in naves hostium mittit. Id primum Ponticis ridiculum visum fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed ubi serpentibus coepere naves repleri, ancipiti periculo circumventi hosti victoriam cesserunt. Quae ubi Romam nuntiata sunt, missi a senatu legati sunt, qui utrumque regem in pacem cogerebant Hannibalemque de-



Romanis inferendum victus cum regia classe deseruit. Inde descendit ad Prusiam Bithyniae regem, quo cognito Romani legatum mittunt ad Prusiam Quintum Flaminium, ut sibi daretur perducendus ad urbem Romanam. Quod ne fieret, praeventit Hannibal hausto veneno quod sub anuli gemma omni tempore habuerat. poscerent. Sed Hannibal recognita sumpto veneno legationem morte praeventit.

f. cf. Schol. Lucan. I 31  
(p. 13 Usener):

Annibal . . . victus a Scipione fugit in Syriam, inde Bithyniam petiit. Ubi cum se dedi Romanis cognosceret nec fugere potuisset, venenum hausit ex anulo.

g. cf. praeterea: Vir. ill. 42: (Hannibal) a Scipione superatus ad Antiochum regem Syriae confugit eumque hostem Romanis fecit. Quo victo ad Prusiam Bithyniae regem concessit unde Romana legatione repetitus hausto, quod sub gemma anuli habebat, veneno absumptus est, positus apud Libyssam in arca lapidea in qua hodieque inscriptum est: Hannibal hic situs est . . . (51) Quintus Flaminus . . . legatus etiam ad Prusiam, ut Hannibalem repeteret, missus.

h. Liv. 39, 51; cf. perioch. 39: . . . Hannibal a Prusia, Bithyniae rege, ad quem victo Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis, qui ad exposcendum eum T. Quintium Flaminium miserant, veneno mortem consciit.

i. Nep. Hann. 12: . . . Patres . . . legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui ab rege peterent . . . Hannibal . . . sensit . . . se peti neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinorum virtutum venenum, quod semper secum habere consuevit, sumpsit.

Quid ex hac mole versionum cum Trogo coniungas vel seiungas, difficile sit diiudicatu. Primum Frontini strategema (10) errore quodam ad Antiochum videtur translatum, cum 11 posteriorem correctionem quasi alterum casum additum praebet; quae Nepos Hann. 11–12 fusius quidem, sed eodem fere more atque Iustinus praebet, nisi quod vasa fictilia apud



## HISTORIAE PHILIPPICAE

*Iustinum tantum, solito Trogi more alienigena verba adhibendi, lagoenae vocantur. Ampelium et Schol. Bob. afferre necessarium videbatur, quorum utriusque auctorum coniunctio cum Trogi opere alioquin constet (de Schol. Bob. cf. supra 5 fr. 38c). Ceterum Schol. Iuv. proxime cum auctore de vir. ill. faciunt, quem ad Hyginum redire iudicavit H. Hildesheimer (De libro . . . de vir. ill. . . , Diss. Lipsiae 1880, 46 sq.). Traditio Liviana et Nepotiana et inter se et a Iustino non satis differunt, ut versiones segregari possint; quare hic sufficiat 10 locos iuxtaponere, praesertim cum ad Trogi narrationem planius restituendam vix ullius sint momenti.*

### lib. 33

prol. libri 33: Tertio et tricensimo volumine continentur haec. Ut cum Perse Philippi filio, rege Macedonum, Romani bellum gesserint: quo capto deleta est Epiros. Achaicae civi- 15 tates ab unitate corporis deductae, inter Achaeos et Lacedaemonios certamine orto. Bellum rursus in Macedonia gestum a Romanis cum Pseudophilippo.

**142. a. Ampel. 33, 2**

Eumenes alius qui Romanos Macedonico bello 20 iuvit cum milite suo.

**b. Iust. 33, 1, 1—2**

. . . Romani Macedonicum . . . bellum gesserunt . . . Eumeni, regi Bithyniae, denuntiatum, ut bellum summis viribus iu- 25 varet.

*c. Addenda sunt verba Iust. 38, 6, 3 ea, quae supra fr. 139a citata sunt, sequentia: Eumenen . . . , cuius exercitu magis quam suo . . . et mox in Macedonia regem Perseum domuerant.*

**143. a. Ampel. 16, 4**

30 Perses [...] Philippi filius . . . (cf. supra fr. 140a) cum impetum in Graeciam fecisset, 35

**b. Iust. 33, 1, 3 — 2, 5**

Perseo praeter . . . exercitum decennis belli sumptus a patre paratus . . .



cum inanibus elephantorum simulacris a Marcio consule aput Ascyridam paludem victus praecipitatis in mare the-  
 5 sauris profugit; mox ab Aemilio Paulo tota Macedonia fugatus Samothracam confugit in asylum; unde data fide cum se Paulo commisisset, ante  
 10 currum eius in triumphum productus mox libera custodia in Albano consenuit.

e. Val. Max. 3, 2, 16

Cato . . . cum ab hoste in acie vehementer . . . peteretur,  
 15 vagina gladius eius elapsus decidit. Quem subiectum proeliantium globo atque undique hostilibus pedibus circumdatum postquam abesse sibi  
 20 animadvertit, adeo constanti animo in suam potestatem redegit, ut illum non periculo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo  
 25 spectaculo adtoniti hostes postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

d. Frontin. strat. 4, 5, 17

M. Cato Censorii filius in acie decidente equo prolapsus,  
 30 cum se recollegisset animadvertissetque gladium excidisse

erat . . . Prima equitum congressio fuit, qua victor Perseus . . .; misit tamen  
 35 legatos . . . qui pacem peterent . . . Sed consul P. Licinius non minus graves quam victo leges dixit . . . metu tam periculosi belli Romani Aemilium Paulum  
 40 consulem creant . . . qui . . . non magnam moram pugnae fecit. (*De § 7 cf. supra ad fr. 126*) 2, 1: In ea pugna M. Cato, oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus pedestre proelium adgreditur. Nam  
 45 cadentem manipulus hostium cum horrido clamore veluti iacentem obtruncaturus circumsteterat; at ille citius corpore collecto  
 50 magnas strages edidit. Cum ad unum opprimendum undique hostes convolarent, dum procerum quendam petit, gladius ei e manu elapsus in mediam cohortem hostium decidit; ad  
 55 quem recuperandum umbone se protegens inspectante utroque exercitu inter hostium mucrones sese inmersit recollectoque gladio multis vulneribus ex-



vaginae, veritus ignominiam  
 rediit in hostem exce<ptis>que  
 aliquot vulneribus, recuperato  
 denique gladio, reversus est  
 5 ad suos.

## e. Ampel. 44

(fr. 136c partim repetitum, tum  
 continuatum)

Populus Romanus cum Ma-  
 cedonibus bellum ter gessit:  
 . . . vicit sub Paulo Persen  
 Philippi filium . . . secundi (sc.  
 10 belli causa fuit) quod foedus  
 cum patre suo percussum ru-  
 perit Perses.

25 *Diligens explicatio connexionum inter hos locos obver-*  
*santium aequo plus loci sibi postularet. Id breviter dicam:*  
*Quae Ampel. 16, 4 dicit, in universum coeunt cum traditione*  
*Liviana (Liv. 44–45; Vell. Pat. 1, 9, 4 sq. – nisi forte etiam*  
*hic apud Velleium vestigia Trogiana observanda sunt —;*  
 30 *Flor. 2, 7–14) quam hic repetere longum est; attamen Aßm.*  
*'41, 319 sqq. acute iudicavit, „daß der Anfang des Kap. 16“*  
*(sc.: Ampelii) „letzten Endes auf Trogus, der Schluß auf*  
*Livius zurückgeht. Beim letzten Punkt muß man jedoch die*  
*Einschränkung machen, daß der im § 4 erwähnte Elephanten-*  
 35 *trick wohl nicht auf die livianische Tradition zurückgeht,*  
*da sämtliche an Livius ausgerichteten Schriftsteller darüber*  
*schweigen“ – adnotationes Aßmanni sagaces praetereo, sed*  
*cf. Polyæn. 4, 21 –. „Auch was Ampelius als Ursache zum*  
*zweiten macedonischen Krieg in Kap. 44 anführt, stimmt*  
 40 *nicht zu Liv. per. 42 . . . In beiden Fällen wird daher wieder*  
*die Version des Trogus zugrunde liegen“, adde adnot. 101:*  
*„Die Wendung foedus percutere z. B. paßt in Iustins Sprach-*  
*gebrauch, vgl. Iust. 42, 3, 4. 43, 5, 10“. Locos Valerii et Fron-*  
 45 *Valerium et Frontinum artius inter se haerere (apud quos*

ceptis ad suos cum cla-  
 more hostium revertitur.  
 Huius audaciam ceteri imi-  
 tati victoriam peperere.  
 Perseus rex fuga cum de-  
 cem milibus talentum Sa-  
 mothraciam defertur, quem  
 20 Cn. Octavius ad persequen-  
 dum missus a consule cum  
 duobus filiis Alexandro et  
 Philippo cepit captumque  
 ad consulem duxit.



gladius e vagina, apud Iustinum autem e manu elapsus est),  
 contra bis Frontinum propius ad Iustinum accedere quam  
 ad Valerium (equo pro- vel delapsus Front.-Iust., om. Val.;  
 item vulneribus opertum Catonem rediisse tradunt Front.-  
 5 Iust., at non Val.), recte vidit Crohn p. 49; A. Klotz, SBMün-  
 chen 1942 p. 44 ex hac re concludit Valerium et Frontinum per  
 intermediam exemplorum collectionem Trogo usos esse, qua  
 coniectura bene quidem explicetur cur Frontinus cum Valerio  
 contra Iustinum, vix autem cur idem statim cum Iustino  
 10 contra Valerium faciat. Ceterum verba Valerii inde ab hostes  
 usque ad pacem petentes venerunt ordine mutata cum  
 Iustini verbis (1, 4-5) equitum congressio usque ad pacem  
 peterent cohaerere videntur. — In universum semper respicias  
 Livium Trogumque in his rebus enarrandis non longe alterum  
 15 ab altero abscedere, cum uterque ad communem fontem Poly-  
 bium redeat (cf. Aßm. '41, 321, 99; A. Klotz Livius 1940,  
 I p. 21).

## 144. a. Ampel. 16, 5

## b. Vell. Pat. 1, 11, 1-2

Pseudophilippus vir ple- 35  
 beius et degener cum ex  
 20 similitudine formae Philippi  
 <Persae> filium se persua-  
 sisset et Macedonas in bel-  
 lum excitasset, inter initia 40  
 tumultus comprehensus sub  
 custodia missus est Romam;  
 25 ubi cum ex custodia aufugis-  
 set, concitata rursus Mace-  
 donia Thraciam bello rece- 45  
 pit. In arce regni paludatus  
 30 ius dixit. Mox a Caecilio Me-  
 tello ingenti proelio victus  
 cum profugisset in Thraciam,  
 a regibus deditus et in trium- 50  
 phum deportatus.

Post victum captumque  
 Persen, qui quadriennio post  
 in libera custodia Albae de-  
 cessit, Pseudophilippus a  
 mendacio simulatae originis  
 appellatus, qui se Philippum  
 regiaeque stirpis ferebat,  
 cum esset ultimae, armis oc-  
 cupata Macedonia, adsump-  
 tis regni insignibus brevi  
 temeritatis poenas dedit:  
 quippe Q. Metellus praetor,  
 cui ex virtute Macedonici  
 nomen inditum [erat], prae-  
 clara victoria ipsum gentem-  
 que superavit . . . (cum v. 37  
 cf. Ampel., supra p. 157, 11).



HISTORIAE PHILIPPICAE

c. cf. prol. 33:

Bellum rursus in Macedonia gestum a Romanis cum Pseudophilippo.

d. Ampel. 44

(cf. supra fr. 136c et 143e)

Populus Romanus . . . vici-  
5 cit . . . sub Metello Macedo-  
nico Pseudophilippum . . . ;  
tertii (sc. belli causa) quod  
falso nomen regium Macedo-  
norum Pseudophilippus in-  
10 vasisit.

*Cum his quattuor locis conferendi sunt:*

e. Flor. epit. 2, 14, 3—5

Quippe regnum pariter et  
bellum vir ultimae sortis  
Andriscus invaserat, dubium  
15 liber an servus, mercenna-  
rius certe; sed qui vulgo  
Philippus ex similitudine  
Philippi Persae filii vocaba-  
tur, regiam formam, regium  
20 nomen, animum quoque re-  
gis implevit. Igitur dum haec  
ipsa contemnit populus R.,  
Iuventio praetore contentus, 40  
virum non Macedonicis modo  
25 sed Thraciae quoque auxiliis  
ingentibus validum temere  
temptavit invictusque a ve-  
ris regibus ab illo imagi- 45  
nario et scaenico rege supe-  
30 ratus est. Sed consule Me-  
tello amissum cum legione

f. Liv. perioch. 48

. . . Andriscus qui se Per-  
sei filium, regis quondam  
Macedoniae, ingenti adseve-  
ratione mentiretur, Romam  
missus.

g. Liv. perioch. 49

(p. 60, 6 Rossb.)

. . . Andriscus quidam, ul-  
timae sortis homo, Persei <se>  
regis filium ferens et mutato  
nomine Philippus vocatus  
cum ab urbe Romana, quo  
illum Demetrius, Syriae rex,  
ob hoc ipsum mendacium  
miserat, clam profugisset,  
multis ad falsam eius fabu-  
lam, velut ad veram coeunti-  
bus, contracto exercitu to-  
tam Macedoniam aut volun-



praetorem plenissime ultus  
est. Nam et Macedoniam  
servitute multavit et ducem  
belli deditum ab eo ad quem  
5 confugerat Thraciae regulo  
in urbem in catenis reduxit  
hoc quoque illi in malis suis  
indulgente fortuna ut de eo  
populus Romanus quasi de  
10 rege vero triumpharet.

tate incolentium aut armis  
occupavit. Fabulam autem  
talem finxerat . . .

h. Liv. perioch. 50

(p. 63, 3 Rossb.)

...Pseudophilippus in Ma-  
cedonia, caeso cum exercitu  
15 P. Iuventio praetore, ab  
Q. Caecilio victus captusque  
est et revicta Macedonia.

*Florum recta via a Livio descendere clarum est. Minus*  
20 *apertum sit, quae rationes inter Ampel.-Vell., et inter hos*  
*ambos et illam traditionem Livianam intercedant; Aßm.*  
*'41, 320 sq. omnes testes non solum ad Livium ipsum, sed*  
*etiam ad eandem Livii epitomen (quae ante annum 30 p. Chr.*  
*scripta esset) reduci posse credit; sed cave ne coincidentias*  
25 *verborum admodum tritas velut ex similitudine formae*  
*(Ampel.): ex similitudine (Flor.) plaris aestimes quam*  
*leves, sed vix fortuitas differentias: Ampel.-Vell. praetereunt*  
*nomen usurpatoris genuinum (Andriscus: Flor.-perioch.),*  
*ut opinor non casu, sed nescientes; invicem Flor.-perioch.*  
30 *praetereunt regia insignia ab Andrisco usurpata (Ampel.:*  
*paludatus; Vell.: regni insignibus); apud Ampel.-Vell. tace-*  
*tur Iuventius praetor (Flor.-perioch.); invicem praetor Me-*  
*tellus (sic Vell., recte) apud Flor. gradationis modo (Iuven-*  
*tius praetor – consul Metellus) consul est (Amp. et perioch.*  
35 *de munere silent); Ampel. Ps.-Philippum a regibus (Pl.),*  
*Flor. a regulo (Sg.) Thraciae deditum esse narrat. Utcum-*  
*que res se habeat: id certe e prologo constat, apud Iustinum,*  
*et quidem inter §§ 5 et 6 Iustini 33,2, narrationem Pseudo-*  
*philippi praetermissam esse.*

lib. 34

40 prol. libri 34: Quarto et tricensimo volumine continentur  
haec. Bellum Achaicum, quod Romani per Metellum et  
Mummium gessere, quo diruta est Corinthos. Bellum regis



HISTORIAE PHILIPPICAE

Eumenis cum Gallograecis et in Pisidia cum Selegensibus. Res quas gessit Syriae rex Antiochus, et rex Aegypti Ptolomaeus Epiphanes. Ut mortuo Ptolomaeo relictis ab eo filii duo Philometor et Euergetes primum cum Antiocho  
 5 habuere bellum, quod per Romanos finitum est, deinde inter se, quo maior est expulsus, restitutoque Romani inter fratres regna diviserunt. Ut mortuo Antiocho rege Syriae Demetrius cognomine Soter, qui Romae fuerat obses, clam fugit occupataque Syria bellum cum Timarcho  
 10 Medorum rege habuit <et> Ariarathe rege Cappadocum. Repetitae inde origines regum Cappadocum. Ut habitata inter Ariarathem et Orophernem regni certamina. Ut mortuo rege Asiae Eumene suffectus Attalus bellum cum Selegensibus habuit et cum rege Prusia.

15 145. *Ex Iust. 38, 6, 3 . . . Eumenen . . . , cuius exercitu . . . Gallos in Asia . . . domuerant (de verbis praetermissis cf. supra fr. 139a et 142c) et prol. 34 (cf. supra Bellum regis Eumenis cum Gallograecis) concluditur, hanc rem a Trogo narratam apud Iustinum circiter 34, 2 inter §§ 6 et 7 exci-*  
 20 *disse.*

146. *Item ex Iust. 38, 6, 4 et ipsum (sc. Eumenem) pro hoste habitum eique interdictum Italia et ex verbis prologi inde ab Ut mortuo rege usque ad cum rege Prusia concludere licet, ante caput 4 libri 34 Iustini pugnam cum Attalo*  
 25 *et mortem Eumenis praetermissam esse.*

147. a. Ampel. 32a 3—5

b. cf. prol. 34

Reges Cappadociae . . .

Repetitae inde origines

3 \*\* rex Cappadociae qui somniavit solem et lunam  
 uri

regum Cappadocum.

30 4 eius filius rex \*\*\* pugnando vicit.



5 \*\* rex \*\* omnia terra et  
mari Romanis subiugavit.

lib. 35

prol. libri 35: Quinto et tricensimo volumine continen-  
tur haec. Bellum piraticum inter Cretas et Rhodios: seditio  
5 Cnidiorum adversus Ceramenses. Ut adversus Demetrium  
Sotera subornatus est Alexander tamquam genitus Epi-  
phane Antiocho; quo bello victus Demetrius <interiit. Ut  
deinde maior filiorum eius Demetrius> invisum stultitia  
Alexandrum bello vicit adiuvante Ptolomaeo Philometore,  
10 qui eo bello interiit. Ut deinde orta Demetrio bella sint  
cum Diodoto Tryphone expulsusque a Tryphone regno  
Syriae Demetrius. Repetit inde superioris Asiae motus  
factos per Araetheum et Arsacen Parthum.

lib. 36

prol. libri 36: Sexto et tricensimo volumine continentur  
15 haec. Ut Trypho pulso Syria Demetrio captoque a Parthis  
bellum gessit cum fratre eius Antiocho cognomine Sidete.  
Ut Antiochus interfecto Hyrcano Iudaeos subegit. Repe-  
tita inde in excessu origo Iudaeorum. Ut rex Asiae Attalus  
Caenos Thracas subegit successoremque imperii Attalum  
20 Philometora reliquit. Mortuo denique Philometore <rege  
frater eius Aristonicus> regno Asiae occupato bellum cum  
Romanis gessit, quo captus est.

148. a. Frontin. strat.  
2, 13, 2

b. Iust. 36, 1, 7—8

Tryphon Syriae rex victus  
per totum iter fugiens pecu-  
25 Trypho . . . regnum Sy-  
riae invadit . . . tandem . . .  
ab Antiocho . . . bello vinci-



HISTORIAE PHILIPPICAE

niam sparsit et sectanda tur rursusque regnum Sy-  
e<a> Antiochi equites mora- 5 riae ad subolem Demetrii  
tus effugit. revertitur.

c. cf. Frontin. strat. 2, 13, 1: Galli pugnaturi cum  
Attalo aurum omne et argentum certis custodibus tradide-  
runt, <a> quibus, si acie fusi essent, spargeretur, quo faci-  
10 lius conligenda praeda hostem inpeditum effugerent.

d. praeterea Flor. epit. 3, 5, 17: (Mithridatem) receden-  
tem Lucullus adsequitur adeoque cecidit...; rex callidus  
Romanaeque avaritiae peritus spargi a fugientibus sarcinas  
et pecuniam iussit, qua sequentes moraretur.

15 *Suspicio tantum firmioribus argumentis non fulcienda,  
sed, si ceteras Frontini narrationes e Trogo haustas spectes,  
vix inverisimilis est, apud Trogum idem strategema de Try-  
phone praebitum fuisse.*

149. a. Amp. 33, 2

... Attalus qui pro Ro-  
20 manis saepe pugnavit; 25  
nam testamento suo po-  
pulum Romanum here-  
dem fecit.

b. Iust. 36, 4, 1—5

... Attalus florentissimum ab  
Eumene patruo acceptum re-  
gnum ... foedabat ...; huius  
testamento heres populus Ro-  
manus tunc instituitur. Sed erat  
ex Eumene Aristonicus...

30 c. cf. Flor. epit. 2, 20, 2: ... Attalus rex Pergamenorum,  
regis Eumenis filius ... testamentum reliquit: Populus Ro-  
manus bonorum meorum heres esto.

(Liv. perioch. 58; Vell. 2, 4, 1; Sall. epist. Mithr. 8. Ap-  
pian. B. Mithr. 62; Plut. Tib. Gracch. 14). Ampelius et  
35 Iustinus, uterque in alia re, erraverunt: Ampelius confundit  
Attalum II. — nam eum pro Romanis pugnassee Trogus narra-  
visse videtur, cf., prol. 34 Eumene suffectus Attalus bellum  
cum Selegensibus habuit et cum rege Prusia — cum Attalo III.  
cognomine Philometore, qui Romanos heredes fecit; Iustinus



autem Eumenem patrum Attali III. nominat, cum esset pater; tamen verum est Attalum III. regnum a patruo, non autem ab Eumene sed a fratre eius Attalo II., accepisse; quare etiam priores Iustini editores l. l. pro Eumene patruo con-  
 5 iecerunt Eumene patre et Attalo patruo (O. Schneider, receperunt Ieep, Ruehl, Galdi in sua quisque editione).

150. a. Frontin.

strat. 4, 5, 16

b. Val. Max. 3, 2, 12

... P. enim Crassus cum Ari-

P. Crassus, cum bel- 25 stonico bellum in Asia gerens a  
 lum adversus Aristoni- Thracibus, quorum is magnum nu-  
 cum in Asia gerens in- merum in praesidio habebat, inter  
 10 ter Elaeam et Myri- Elaeam et Zmyrnam exceptus, ne  
 nam in hostium copias in dicionem eius perveniret, de-  
 incidisset vivosque ab- 30 decus arcessita ratione mortis effu-  
 duceretur, exsecratus git: virgam enim, qua ad regendum  
 in consule Romano equum usus fuerat, in unius bar-  
 15 captivitatem virga, bari oculum direxit. Qui vi do-  
 qua ad equum erat loris accensus latus Crassi sica  
 usus, oculum Thracis, 35 confodit, dumque se ulciscitur,  
 a quo tenebatur, eruit Romanum imperatorem maiesta-  
 atque ab eo per dolo- tis amissae turpitudine liberavit.  
 20 rem concitato trans- Ostendit fortunae Crassus quam  
 verberatus dedecus indignum virum tam gravi contu-  
 servitutis, ut voluerat, 40 melia adficere voluisset, quoniam  
 effugit. quidem iniectos ab ea libertati  
 suae miserabiles laqueos prudenter  
 pariter ac fortiter rupit donatum-  
 que se iam Aristonico dignitati  
 45 suae reddidit.

cf. Liv. perioch. 59. Flor. epit. 2, 20, 4–5. Vell. 2, 4, 1. Strabo 14, 1, 38. Eutr. 4, 20. Oros. hist. 5, 10, 1–4, quorum nemo nomina urbium (Elaea et Myrina vel Zmyrna) prae-



bet; apud Velleium Crassus proconsul, apud Florum praetor, apud ceteros consul appellatur. Iustinus de ea re tacet, cf. 36, 4, 6–8: Sed erat ex Eumene Aristonicus . . . (*de origine Aristonici Iust. plus praebet quam omnes alii testes*) . . . Cum  
 5 multa secunda proelia . . . fecisset iustusque iam rex videretur, Asia Licinio Crasso consuli decernitur, qui intentior Attalicae praedae quam bello, cum extremo anni tempore inordinata acie proelium conseruisset, victus poenas inconsultae avaritiae sanguine dedit. Num versioni Frontini et  
 10 Valerii – ad quam admodum prope accedit Flor. l. l., paulo longius distat Velleius qui insuper rem nimia brevitae aliquantum obumbrat – quicquam ex Trogi narratione subsit, difficile est distinctu; quod fortasse paulum improbatur eo, quod Iustini de Crassi avaritia et segnitia verba male con-  
 15 venire videntur cum virtute, cuius laudem Frontinus et Valerius Crasso tribuunt. Sed nihilo minus etiam in Trogi opere eiusmodi exemplum more antitheseos vitae et mortis, qualis saepe repperitur, fuisse potest, cum Liviana traditio nomina urbium non videatur praebuisse: fortasse haec Trogo tribuenda sunt.  
 20 Sed res omnino incerta. Ceterum Iust. 37, 1, 2 et verba Mithridatis, Iust. 38, 5, 3 maiorem Phrygiam . . . patri suo (sc. Mithr.) praemium dati adversus Aristonicum auxilii concesserant (sc. Romani) monstrant Trogum de hoc bello diligentius egisse.

## lib. 37

25 prol. libri 37: Septimo et tricensimo volumine continentur haec. Repetitis regum Ponticorum originibus, ut <ad> ultimum Mithridaten Eupatora series imperii deducta sit, atque ut ingressus ille regnum subegit Pontum et Paphlagoniam, priusquam in bella Romana descendit. Dictaeque  
 30 in excessu regum Bosporanorum et Colchorum origines et res gestae.

151. Cum libro 37 in universum cf. Ampel. 30 Initium regni Mithridatis; sed Trogus non videtur hic fons Ampelii fuisse (= Sall. hist. fr. II 73), cf. supra fr. 30c. Ceterum ea, quae  
 35 in hoc libro de initiis Mithridatis et de originibus imperii eius



*dicuntur, comparanda sunt cum Iustino ipso 1, 9 et 38, 7, et cum Flor. 3, 5, 1. Ceterum cf. vGu. KlSchr. V 57 sqq.; locos hic afferre supersedendum erat, cum ad Trogi opus fortasse quidem interpretandum – quare rem breviter attigi –, sed non restituendum aliquid emolumentum eis deberetur.*

lib. 38

prol libri 38: Octavo et tricensimo volumine continentur haec. Ut Mithridates Eupator occiso Arathe Cappadociam occupavit victoque Nicomede et Maltino Bithyniam. Ut mortuo Ptolomaeo Philometore frater eius Physcon  
10 accepto regno Aegypti seditiones populi, deinde bellum cum uxore sua Cleopatra et cum rege Syriae Demetrio habuit. Inde repetitum, ut Demetrius captus sit a Parthis et frater eius victo in Syria Tryphone bellum Parthis intulerit, qui cum exercitu suo deletus est.

15 **152.** Iust. 38, 3, 10 – 7, 10: Tunc (Mithridates) ad contionem milites vocat eosque variis exhortationibus ad Romana bella sive Asiana incitat. Quam orationem dignam duxi, cuius exemplum brevitati huius operis insererem; quam obliquam Pompeius Trogus exposuit, quoniam in  
20 Livio et in Sallustio reprehendit, quod contiones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiae modum excesserint:

(4, 1) Optandum sibi fuisse ait, ut de eo liceret consulere, bellumne sit cum Romanis an pax habenda; quin vero sit  
25 resistendum inpugnantibus, ne eos quidem dubitare, qui spe victoriae careant; quippe adversus latronem, si nequeant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere. Ceterum quia non id agitur, an liceat quiescere non tantum  
30 animo hostiliter, sed etiam proelio congressis, consulendum, qua ratione ac spe coepta bella sustineant. Esse autem sibi 4



HISTORIAE PHILIPPICAE

victoriae fiduciam, si sit illis animus; Romanosque vinci posse  
 cognitum non sibi magis quam ipsis militibus, qui et in Bithy-  
 nia Aquilium et † Malthinum in Cappadocia fuderint. Ac si 5  
 quem aliena magis exempla quam sua experimenta move-  
 5 ant, audire se a Pyrro, rege Epiri, non amplius quinque mili-  
 bus Macedonum instructo fusos tribus proeliis Romanos.  
 Audire Hannibalem sedecim annis Italiae victorem inmora- 6  
 tum, et quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires  
 restitisse sed domesticae aemulationis atque invidiae studium.  
 10 Audire populos transalpinae Galliae Italiam ingressos maxi- 7  
 mis eam pluribusque urbibus possidere et latius aliquanto  
 solum finium, quam in Asia, quae dicatur inbellis, idem Galli  
 occupavissent. Nec victam solum dici sibi Romam a Gallis, 8  
 sed etiam captam, ita ut unius illis montis tantum cacumen  
 15 relinqueretur; nec bello hostem, sed pretio remotum. Gal- 9  
 lorum autem nomen, quod semper Romanos terruit, in par-  
 tem virium suarum ipse numeret. Nam hos, qui Asiam in-  
 colunt, Gallos ab illis, qui Italiam occupaverant, sedibus  
 tantum distare, originem quidem ac virtutem genusque pu- 10  
 20 gnae idem habere; tantoque his acriora esse quam illis  
 ingenia, quod longiore ac difficiliore spatio per Illyricum Thra-  
 ciamque prodierint, paene operosius transitis eorum finibus  
 quam ubi consedere possessis. Iam ipsam Italiam audire se 11  
 numquam, ut Roma condita sit, satis illi pacatam, sed adsidue  
 25 per omnes annos pro libertate alios, quosdam etiam pro vice  
 imperii bellis continuis perseverasse; et a multis civitatibus 12  
 Italiae deletos Romanorum exercitus ferri, a quibusdam novo  
 contumeliae more sub iugum missos. Ac ne veteribus inmore- 13  
 mur exemplis, hoc ipso tempore universam Italiam bello  
 30 Marsico consurrexisse, non iam libertatem, sed consortium  
 imperii civitatisque poscentem; nec gravius vicino Italiae 14  
 bello quam domesticis principum factionibus urbem premi,  
 multoque periculosius esse Italico civile bellum. Simul et a 15  
 Germania Cimbro, immensa milia ferorum atque ininitum



populorum, more procellae inundasse Italiam; quorum etsi 16  
singula bella sustinere Romani possent, universis tamen ob-  
ruantur, ut ne vacaturos quidem bello suo putet.

(5) Utendum igitur occasione et rapienda incrementa vi- 1  
5 rium, ne, si illis occupatis quieverint, mox adversus vacuos  
et quietos maius negotium habeat. Non enim quaeri, an ca- 2  
pienda sint arma, sed utrum sua potius occasione an illorum.  
Nam bellum quidem iam tunc secum ab illis geri coeptum, 3  
cum sibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam patri  
10 suo praemium dati adversus Aristonicum auxilii concesserant,  
gentem quam et proavo suo Mithridati Seleucus Callinicus  
in dotem dedisset. Quid, cum Paphlagonia se decedere ius- 4  
serint, non alterum illud genus belli fuisse? quae non vi, non  
armis, sed adoptione testamenti et regum domesticorum  
15 interitu hereditaria patri suo obvenisset. Cum inter hanc de- 5  
cretorum amaritudinem parendo non tamen eos mitigaret,  
quin acerbius in dies gerant, non obtinuisse. Quod enim a 6  
se non praebitum illis obsequium? non Phrygiam Paphlagoni-  
amque dimissas? non Cappadocia filium eductum, quam iure  
20 gentium victor occupaverat? Raptum tamen sibi esse victoriae 7  
ius ab illis, quorum nihil est nisi bello quaesitum. Non 8  
regem Bithyniae Chreston, in quem senatus arma decreverat,  
a se in gratiam illorum occisum? tamen nihilo minus inpu-  
tari sibi, si qua Gordius aut Tigranes faciat. Libertatem etiam 9  
25 in contumeliam sui a senatu ultro delatam Cappadociae, quam  
reliquis gentibus abstulerunt; dein populo Cappadocum pro  
libertate oblata Gordium regem orante ideo tantum, quoniam  
amicus suus esset, non obtinuisse. Nicomedem praecepto 10  
illorum bellum sibi intulisse; quia ultum ierit se, ab ipsis ven-  
30 tum obviam in eo; et nunc eam secum bellandi illis causam  
fore, quod non inpune se Nicomedi lacerandum, saltatricis  
filio, praebuerit.

(6) Quippe non delicta regum illos, sed vires ac maiestatem 1  
insequi, neque in uno se, sed in aliis quoque omnibus hac



## HISTORIAE PHILIPPICAE

saepe arte grassatos. Sic et avum suum Pharnacem per co- 2  
 gnitionum arbitria succidaneum regi Pergameno Eumeni  
 datum; sic rursus Eumenen, cuius classibus primo in Asiam 3  
 fuere transiecti, cuius exercitu magis quam suo et magnum  
 5 Antiochum et Gallos in Asia et mox in Macedonia regem  
 Perseum domuerant, et ipsum pro hoste habitum eique inter- 4  
 dictum Italia, et quod cum ipso deforme sibi putaverant, cum  
 filio eius Aristonico bellum gessisse. Nullius apud eos maiora  
 quam Masinissae, regis Numidarum, haberi merita; huic in- 5  
 10 putari victum Hannibalem, huic captum Syphacem, huic Kar-  
 thaginem deletam, hunc inter duos illos Africanos tertium  
 servatorem urbis referri: tamen cum huius nepote bellum 6  
 modo in Africa gestum adeo inexpiabile, ut ne victum qui-  
 dem patris memoriae donarent, quin carcerem ac triumphi  
 15 spectaculum experiretur. Hanc illos omnibus regibus legem 7  
 odiorum dixisse, scilicet quia ipsi tales reges habuerint,  
 quorum etiam nominibus erubescant, aut pastores Abori-  
 ginum, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum,  
 aut servos vernasque Tuscorum, aut, quod honoratissimum  
 20 nomen fuit inter haec, Superbos; atque ut ipsi ferunt condi-  
 tores suos lupae uberibus altos, sic omnem illum populum 8  
 luporum animos inexplebiles sanguinis, atque imperii divi-  
 tiarumque avidos ac ieiunos habere.

(7) Se autem, seu nobilitate illis conparetur, clariorem illa 1  
 25 conluvie convenarum esse, qui paternos maiores suos a Cyro  
 Darioque, conditoribus Persici regni, maternos a Magno Alex-  
 andro ac Nicatori Seleuco, conditoribus imperii Macedonici,  
 referat, seu populus illorum conferatur suo, earum se gentium  
 esse, quae non modo Romano imperio sint pares, sed Mace-  
 30 donico quoque obstiterint. Nullam subiectarum sibi gentium 2  
 expertam peregrina imperia; nullis umquam nisi domesti-  
 cis regibus paruisse, Cappadociam velint an Paphlagoniam  
 recensere, rursus Pontum an Bithyniam, itemque Armeniam  
 maiorem minoremque; quarum gentium nullam neque Alexan-  
 35 der ille, qui totam pacavit Asiam, nec quisquam successorum



eius aut posterorum attingisset. Scythiam duos umquam ante 3  
 se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium et  
 Philippum, aegre inde fugam sibi expedisse, unde ipse ma-  
 gnam adversus Romanos partem virium haberet. Multoque 4  
 5 se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum, cum ipse  
 rudis ac tiro esset, Scythiae praeter arma virtutemque animi  
 locorum quoque solitudinibus vel frigoribus instructae, per  
 quae denuntiaretur ingens militiae periculum ac labor. Inter 5  
 quas difficultates ne spes quidem praemii foret ex hoste va-  
 10 go nec tantum pecuniae, sed etiam sedis inope. Nunc se di- 6  
 versam belli condicionem ingredi. Nam neque caelo Asiae  
 esse temperatius aliud, nec solo fertilius nec urbium multitu-  
 dine amoenius; magnamque temporis partem non ut militi-  
 am, sed ut festum diem acturos bello dubium facili magis an  
 15 ubere, si modo aut proximas regni Attalici opes aut veteres 7  
 Lydiae Ioniaeque audierint, quas non expugnatum eant, sed  
 possessum; tantumque se avida expectat Asia, ut etiam vo- 8  
 cibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas  
 proconsulum, sectio publicanorum, calumniae litium. Sequan- 9  
 20 tur se modo fortiter et colligant, quid se duce possit efficere  
 tantus exercitus, quem sine cuiusquam militum auxilio sua-  
 met unius opera viderint Cappadociam caeso rege cepisse,  
 qui solus mortalium Pontum omnem Scythiamque pacaverit,  
 quam nemo ante transire tuto atque adire potuit. Nam iusti- 10  
 25 tiae atque liberalitatis suae ne ipsos milites quin experiantur  
 testes refugere et illa indicia habere, quod solus regum non  
 paterna solum, verum etiam externa regna hereditatibus  
 propter munificentiam adquisita possideat, Colchos, Paphla-  
 goniam, Bosphorum. (8, 1) Sic excitatis militibus post annos  
 30 tres et XX sumpti regni in Romana bella descendit.

153. a. Iust. 37, 1, 9 et 3, 6

b. Ampel. 34, 1

(Mithridates) denique . . .

Pharnaces rex Bithyniae

non vi hostili victus, sed

filius Mithridatis qui bello



## HISTORIAE PHILIPPICAE

voluntaria morte in avito 10 civili quod in Pharsalia ges-  
 regno senex herede filio de- tum est † mabrae patris †  
 cessit . . . . (3,6) Post haec in suis Syriam invasit et ad-  
 regnum, cum iam perisse ventu Caesaris antequam in  
 5 crederetur, reversus est in- congressum eius veniret ipso  
 vento parvulo filio, quem 15 terrore nominis sui victus  
 per absentiam eius soror refugit in Pontum.  
 uxorque Laudice enixa fue-  
 rat.

e. Vir. ill. 78, 7: Pharnacem Mithridatis filium fama  
 nominis fugavit.

d. Flor. epit. 4, 2, 61: In Asia quoque novus rerum mo-  
 20 tus a Ponto, plane quasi de industria captante fortuna hunc  
 Mithridatico regno exitum, ut a Pompeio pater, a Caesare  
 filius vinceretur. Rex Pharnaces magis discordiae nostrae  
 fiducia quam suae virtutis infesto in Cappadociam agmine  
 ruebat. Sed hunc Caesar adgressus uno et, ut sic dixerim,  
 25 non toto proelio obtrivit more fulminis, quod uno eodem-  
 que momento venit percussit abscessit. Nec vana de se  
 praedicatio est Caesaris, ante victum hostem esse quam  
 visum.

e. *cum Ampel. et Vir. ill. cf. etiam Iust. 42, 5, 12: Sed et*  
 30 *fili nepotesque Phrahatis obsides Augusto dati, plusque*  
*Caesar magnitudine nominis sui fecit, quam armis fa-*  
*cere alius imperator potuisset. Vix quidem de permutatione*  
*Phrahatis et Pharnacis cogites, sed hoc enuntiatum ingenio*  
*Trogii optime convenire alioquin observandum est, qui qui-*  
 35 *dem talem sententiam adamavisse videtur.*

i. *cf. etiam Iust. 11, 6, 15 de Alexandro: . . . quos iam*  
*non tam armis quam terrore nominis sui vicit (qua-*  
*propter conicias Ampelii vocabulum sui perperam additum,*  
*ab editoribus seclusum, non traditionis culpa irrepsisse, sed*  
 40 *fontem, scil. Trogum redolere. cf. Seel, „Die praef. des P. T.“,*  
*p. 23, 20 et supra ad fr. 16.)*

*Inter 38, 8, 1 et 2 nonnulla excidisse primo aspectu apparet.*  
*Prologus nimia brevitate auxilium non praebet. Fortasse ex*



*indole et ratione totius operis concludere licet etiam de Pharnace eiusque exitu Trogum fusius rettulisse. Quae supra e Iust. 37 allata sunt, monstrant apud Trogum de Pharnace puero satis dictum fuisse, ut lector etiam de regno et vita eius  
 5 diligentius discere desideret. Quare suspicandum est aut hoc aut alio loco – ultimum autem inter res libro 40 relatas – de bello cum Pharnace gesto Trogum breviter mentionem fecisse (cf. infra fr. 156). Cum Ampel. et auct. de vir. ill. artius inter se quam cum Floro coeant, versimile est illos aliquo  
 10 modo cum Trogo coniunctos esse. Etiam in eis, quae Ampelius continuo de regibus Ponti et Bithyniae narrat (34, 2 Prusias, cf. supra fr. 141c; 34, 3 Nicomedes socius et amicus populi Romani in cuius amicitia prima aetate Caesar fuit, qui moriens testamento et ipse populum Romanum heredem  
 15 dimisit; cf. Liv. perioch. 93), fortasse Trogi vestigia latent, quamquam traditionem Livianam a Sallustiana (cf. epist. Mithr. 9) vel Trogiana, Sallustii et Trogi operibus deperditis, ceterum per se vix multo inter se differentibus, discernere permis-  
 20 sum non est. Hic prudentissima sit ea, quam exhibet Aßm. '41, 328 sq., ars nesciendi.*

154. a. Val. Max. 9, 1  
 ext. 5

Nam Ptolomaeus rex accessio vitiorum suorum vixit ideoque Physcon appellatus est. Cuius nequitia  
 25 quid nequius? Sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coegit. Postea deinde filia  
 40 eius per vim stuprata ipsam dimisit, ut vacuum locum  
 30 nuptiis puellae faceret.

b. Iust. 38, 8, 2–15

Atque in Aegypto mortuo rege Ptolomeo ei, qui Cyrenis regnabat, Ptolomeo per legatos regnum et uxor Cleopatra regina, soror ipsius, defertur. Laetus igitur . . . , quod sine certamine fraternali regnum recepisset, in quod subornari et a matre Cleopatra et favore principum fratris filium cognoverat, ceterum infestus omnibus, statim . . . fautores pueri trucidari iussit. Ip-



HISTORIAE PHILIPPICAE

c. Val. Max. 9, 2 ext. 5  
 Iterum Ptolomaeus  
 Physcon emergit, paulo  
 ante libidinosae amentiae 40  
 taeterrimum exemplum,  
 5 idem inter praecipua cru-  
 delitatis indicia referendus:  
 quid enim hoc facto trucu-  
 lentius? Filium suum no- 45  
 mine Memphiten, quem ex  
 10 Cleopatra, eadem sorore et  
 uxore, sustulerat, liberalis  
 formae, optimae spei pue-  
 rum, in conspectu suo oc- 50  
 cidi iussit protinusque ca-  
 15 put eius et pedes praecisos  
 et manus in cista chlamyde  
 opertos pro munere nata-  
 licio matri misit, perinde 55  
 quasi ipse cladis, quam  
 20 illi inferebat, expers, ac  
 non infelicio, quod in com-  
 muni orbitate Cleopatram  
 miserabilem cunctis, se in- 60  
 visum reddiderat. Adeo cae-  
 25 co furore summa quaeque  
 effervescit crudelitas, cum  
 munimentum ex se ipsa  
 repperit: nam cum ani- 65  
 madverteret quanto sui  
 30 odio patria teneretur, ti-  
 mori remedium scelere peti-  
 vit, quoque tutius plebe  
 trucidata regnaret, fre- 70  
 quens iuventute gymna-  
 35 sium armis et igni circum-  
 dedit omnesque, qui in eo  
 sum quoque die nuptiarum,  
 quibus matrem eius in matri-  
 monium recipiebat, inter ap-  
 paratus epularum . . . in con-  
 plexu matris interficit . . . Post  
 quod non mitior in popula-  
 res . . . peregrinis militibus li-  
 centia caedis data omnia san-  
 guine cotidie manabant; ip-  
 sam quoque sororem filia eius  
 virgine per vim stuprata et in  
 matrimonium adscita repu-  
 diat. Quibus rebus territus  
 populus in diversa labitur pa-  
 triamque metu mortis exul  
 relinquit. Solus igitur in tanta  
 urbe cum suis relictus Pto-  
 lomeus . . . edicto pergegrinos  
 sollicitat . . . (11) Iam etiam  
 peregrino populo invisus cum  
 filio, quem ex sorore susceperat,  
 et cum uxore, matris pae-  
 lice, metu insidiarum tacitus  
 in exilium proficiscitur . . . bel-  
 lum sorori pariter ac patriae  
 infert. Arcessitum deinde ma-  
 ximum a Cyrenis filium, ne  
 eum Alexandrini contra se re-  
 gem crearent, interficit. Tunc  
 populus statuas eius et ima-  
 gines detrahit. Quod factum  
 studio sororis existimans fi-  
 lium, quem ex ea susceperat,  
 interficit, corpusque in mem-  
 bra divisum et in cista conposi-  
 tum matri die natalis eius in-  
 ter epulas offerri curat. Quae



erant, partim ferro partim  
flamma necavit.

d. Ampel. 35, 5

Ptolomaeus Physcon qui  
seditiosos in theatro sagit-  
5 tis occidit alios flammis  
dedit . . .

res non reginae tantum, verum  
etiam universae civitati acerba  
et luctuosa fuit tantumque  
10 maerorem festivissimo con-  
vivio intulit, ut regia omnis  
repentino luctu incenderetur.  
Verso igitur studio principum  
ab epulis in exequias membra  
15 lacera populo ostendunt et  
quid sperare de rege suo de-  
beant, filii caede demonstrant.

e. cf. Liv. perioch. 59 (p. 72, 8 Rossb.): Ptolemaeus  
Euergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis in-  
20 visus, incensa a populo regia clam Cypron profugit, et cum  
sorori eius Cleopatrae, quam, filia eius virgine per vim  
compressa atque in matrimonium ducta, repudiaverat, re-  
gnum a populo datum esset, infensus filium, quem ex illa  
habebat, <in> Cypro occidit caputque eius et manus et pe-  
25 des matri misit. *Utrum Valerius his locis a Trogo an a Livio  
pendeat, vix dici potest: alicuius momenti sit, quod iam vGu.  
Fragm. 187, 14 recte observavit, apud Livium eundem ordinem  
servatum esse atque apud Valerium 9, 1 ext. 4 et 5, cum apud  
Iustinum bellum Parthicum Antiochi Sidetis post res Ptole-  
30 maei Physconis narratum sit (cf. fr. insequens); tamen etiam  
vGu. minime negat Valerium et alias certe et fortasse hic quo-  
que ex Trogo pendere („Trotzdem geht die Vermutung von so  
begründeten Voraussetzungen aus, daß man sie nicht ohne  
weiteres verwerfen darf“). Ceterum et hic mirum paene est,  
35 quam prope Livius et Trogus inter se congruisse videntur,  
plus fere, quam ex communi utriusque fonte (Posidonius)  
expectandum esset (cf. „Die praef. des P. T.“ p. 79, 94 a).*

155. a. Val. Max. 9, 1  
ext. 4

Antiochus quoque Sy-  
riae rex nihilo continen-

b. Iust. 38, 10, 1—4

40 Antiochus... exercitum...  
adversus Parthos ducit. Sed  
per luxuriam non minor appa-



## HISTORIAE PHILIPPICAE

tioris exempli. Cuius caecam et amentem luxuriam exercitus imitatus magna ex parte aureos clavos crepidis subiectos habuit argenteaque vasa ad usum culinae comparavit et tabernacula textilibus sigillis adornata statuit, avaro potius hosti praeda optabilis quam ulla ad vincendum strenuo mora.

ratus quam militiae fuit, quippe octoginta milia armorum secuta sunt trecenta lixarum, ex quibus cocorum pistorum maior numerus fuit. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarii milites auro caligas figerent proculcarentque materiam, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bellum pergerent.

e. cf. Liv. perioch. 59 (*ante locum supra fr. 154e citatum*): Bella inter Antiochum Syriae et Phraaten Parthorum regem gesta . . . referuntur.

30 *Ad huius loci interpretationem cf. Poseidon. F. 9 (= Athenaios) et Jacoby FGH II C 166; Posidonius praebet nomen Arsaces (item Diod. 34, 15; Nic. Damasc. F 92), Iust. (§ 7) et Liv. (cf. supra) Phrahates (item Appian. Syr. 68); mihi non inverisimile est non tantum Posidonium (sic Jac. l.l.)*  
35 *sed etiam Trogum utrumque nomen praebuisse (cf. supra ad fr. 94 et Iust. 41, 5, 8: Priapatius . . . ipse Arsaces dictus).*

### lib. 39

prol. libri 39: Nono et tricensimo volumine continentur haec. Ut extincto a Parthis Antiocho Sidete frater eius Demetrius dimissus regnum Syriae recepit subornatoque in  
40 bellum adversus eum Alexandro Zabinaeo interiit: filiusque eius Antiochus Grypos victo Zabinaeo regnum occupavit: dehinc cum fratre suo Antiocho Cyziceno bellum in Syria Ciliciaque gessit. Ut Alexandria mortuo rege Ptolomaeo



Physcone filius eius Ptolomaeus Lathyros accepto regno expulsus est a matre Cyprum et in Syria bello petitus ab eadem, suffecto in locum eius fratre Alexandro, donec occisa per Alexandrum matre recepit Aegypti regnum. Ut  
5 post Lathyrum filius Alexandri regnarit expulsoque eo suffectus sit Ptolomaeus Nothus. Ut Syriam Iudaei et Arabes terrestribus latrociniis infestarent, mari Cilices piraticum bellum moverint, quod in Cilicia Romani per Marcum Antonium gesserunt. Ut in Syria Heracleo post mortem regis  
10 occuparit imperium.

lib. 40

prol. libri 40: Quadragensimo volumine continentur haec. Ut mortuo Grypo rege Cyzicenus cum filiis eius bello congressus interiit, hi deinde a filio Cyziceni Eusebe <extincti sunt: et ut repetito domestico bello> extinctaque regali  
15 Antiochorum domo Tigranes Armenius Syriam occupavit, quo mox victo Romani abstulere eam. Ut Alexandriam post interitum Ptolomaei Lathyri substituti sint eius filii: alteri data Cypros, cui P. Clodii rogatione Romani abstulerunt eam; alter seditione flagitatus Alexandriae Romam profugit bello-  
20 que per Gabinium gesto recepit imperium: quo mortuo successit filius, qui cum sorore Cleopatra certamine insumpto et Pompeium magnum interfecit et bellum cum Caesare Alexandriae gessit. Ut successit eius regno soror Cleopatra, quae inligato in amorem suum M. Antonio belli  
25 Actiaci fine extinxit regnum Ptolomaeorum.

**156. a.** Ampel. 18, 19: Pompeius qui Armenios sub rege Tigrane . . . vicit.

**b.** Ampel. 32a 1: Tigranes qui iam scriptus est.



e. Ampel. 47, 6 (<Populus Romanus> vicit . . .) (<. . . per Pompeium> eosdem Ponticos et Mithridatem (*cf. supra ad fr. 153*), item Cilicas piratas et Armenios cum rege Tigraane . . .; *cum his adnotationibus Ampelii cf. supra prol.*

5 d. Ampel. 35, 6: Ptolomaeus Pupillus dictus qui Pompeium tutorem a senatu accepit donec pubesceret et postea civili bello <a> Pothino interfectus est.

## lib. 41

prol. libri 41: Uno et quadragensimo volumine continentur res Parthicae et Bactrianae. In Parthicis ut est constitutum imperium per Arsacem regem. Successores deinde eius  
10 Artabanus et Tigranes cognomine Deus, a quo subacta est Media et Mesopotamia. Dictusque in excessu Arabiae situs. In Bactrianis autem rebus ut a Diodoto rege constitutum imperium est: deinde quo regnante Scythicae gentes Saraucae  
15 et Asiani Bactra occupavere et Sogdianos. Indicae quoque res additae, gestae per Apollodotum et Menandrum, reges eorum.

157. a. Iord. Get. 6, 48

. . . ex quorum nomine vel genere Pompeius Trogus  
20 Parthorum dicit extitisse prosapiem. Unde etiam hodieque lingua Scythica fugaces quod est Parthi dicuntur, suoque generi re-  
25 spondentes inter omnes pene Asiae nationes soli sagittarii sunt et acerrimi bellatores.

b. Iust. 41, 1, 1—2

Parthi . . . Scytharum exules fuere. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur, nam Scythico sermone exules 'parthi' dicuntur; *ceterum cf. Iust. 2, 3 et supra fr. 36.*



158.

Anecd. Rue.

Laur. 157—159

Bamb. 145—147

gens Exitarum aspera, ad prae-  
liandum per aequis velocissimi,  
toti luricato corpore, crura ferro  
5 tegent, in capite galeas aureas  
utent.

predicta vero gens Scitharum  
dura erat ad pugnandum super  
aequos, veloces omnes, loricati,  
tibias ferro circumdabant, in ca-  
pite galeas aureas habebant.

cf. Rue. Anecd. p. 573: „Hier werden die Skythen und  
Parther zusammengeworfen . . . hier ist der . . . abschnitt im  
15 zweiten buche des Justin . . .“ (cf. supra fr. 35b) „einfach  
übernommen worden, und daran schließt sich einzelnes, was  
die größte ähnlichkeit mit dem aufweist, was Iustinus XLI 2  
von den Parthern erzählt . . . und das folgende toti . . . utent  
ist eine zum teil erweiterte ausführung dessen, was Iustin  
20 XLII 2, 10“ (sic falso pro 41) „sagt: munimentum ipsis  
equisque loricae plumatae sunt, quae utrumque toto cor-  
pore tegunt. Auri argentique nullus nisi in armis usus. es  
ist uns also hier ein neues fragment des Trogus erhalten“.

159. a. Ampel. 31, 2

b. Iust. 41, 1, 7 — 5, 6

Arsaces forma et virtute  
25 praecipuus, cuius posteri Ar-  
sacidae cognominati sunt; 35  
qui pacem cum Sylla impera-  
tore fecit.

(Parthi) a Romanis quo-  
que trinis bellis per maximos  
duces florentissimis tempori-  
bus laccessiti soli ex omnibus  
gentibus . . . victores fuere . . .  
(4, 6) Arsaces vir sicut incer-  
tae originis, ita virtutis ex-  
40 pertae . . . (5, 1) regnum Par-  
thicum format . . . constitu-  
toque regno . . . Parthi . . .  
omnes exinde reges suos Ar-  
sacis nomine nuncupent.

c. (cf. etiam Liv. per. 70  
[p. 81, 6 Rossb.]

Parthorum legati a rege  
30 Arsace missi venerunt ad  
Syllam, ut amicitiam populi  
R. peterent).

lib. 42

45 prol. libri 42: Secundo et quadragensimo volumine con-  
tinentur Parthicae res. Ut praefectus Parthis a Phrate Hi-



merus Mesenis bellum intulit et in Babylonios et Seleucen-  
ses saeviit: utque Phrati successit rex Mithridates cogno-  
mine magnus, qui Armeniis bellum intulit. Inde repetitae  
origines Armeniorum et situs. Ut varia conplurium regum  
5 in Parthis successione imperium accepit Orodes, qui Cras-  
sum delevit et Syriam per filium Pacorum occupavit. Illi  
successit Phrates, qui et cum Antonio bellum habuit et  
cum Tiridate. Additae his res Scythicae. Reges Tocharorum  
Asiani interitusque Saraucarum.

160. a. Ampel. 31, 3

b. Iust. 42, 2, 7 — 4, 10

10 Orodes qui foedus cum Cn.  
Pompeio percussit <et> Cras-  
sum cum legionibus apud Car-  
rhas funesta clade delevit.

Sed quoniam in Arme-  
niam transitum facimus,  
origo eius paulo altius repe-  
tenda est . . . (3, 4 Iason)  
cum Albanis foedus percus-  
sit, qui Herculem ex Italia

c. Anecd. Rue.

Laur. 168 25 Bamb. 150

15 inde reversus inde rediens ex-  
(sc. Alex.) Al- pugnavit Alba-  
baniam expu- niam. cum Ta-  
gnavit, qui lisaridae regina  
iuxta Amazo- 30 Amazonum pa-  
20 nis eo tempore cem fecit.  
regnum esse vi-  
debatur . . . cum  
. . . Talastride . . .  
federatas.

40 ab Albano monte, cum  
Geryone extincto armenta  
eius per Italiam duceret,  
secuti dicuntur, quique me-  
mores Italicae originis exer-  
citem Cn. Pompei bello Mi-  
thridatico fratres saluta-  
vere . . . Post mortem Iaso-  
nis Medius . . . Mediam ur-  
bem condidit, . . . sub cuius  
50 maiestate Orientis postea  
imperium fuit. Albanis vi-  
cinae Amazones sunt, qua-  
rum reginam Thalestrim

d. Ampel. 32a 2

Reges . . . Armeniae: . . .  
Bellus rex Armeniae\*\*



e. Ampel. 31, 4

Pacorus qui filium suum eiusdem nominis misit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur, atque ipse a Ventidio legato Iulii Caesaris occisus est.

f. Frontin. strat. 2, 5, 36

Ventidius Parthos et Labienum, alacres successibus victoriarum, dum suos ipse per simulationem metus continet, evocavit et in loca iniqua deductos adgressus per obreptionem adeo debellavit, ut destituto Labieno provincia excederent Parthi.

g. Frontin. strat. 2, 2, 5

Ventidius adversus Parthos non ante militem eduxit, quam illi quingentis non amplius passibus abessent, atque ita procursione subita adeo se admovit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, comminus adplicitus eluderet: quo consilio, quia quandam etiam fiduciae speciem ostentaverat, celeriter barbaros debellavit.

h. Frontin. strat. 1, 1, 6

Ventidius Parthico bello adversus Pacorum regem, non ignarus Pharnaëum quendam,

concupitum Alexandri petisse multi auctores prodidere (cf. *Iust.* 2, 4, 33. 12, 3, 5. *Curt.* 6, 5, 25. *Iord. Get.* 8, 57. *supra fr.* 36a). Armenius . . . Armeniam condit . . . (4, 1) Igitur Mithridates, rex Parthorum, post bellum Armeniae propter crudelitatem a senatu Parthico regno pellitur. Frater eius Orodes cum regnum vacans occupasset, Babyloniam . . . obsidet . . . Post haec bellum cum Romanis gessit Crassumque imperatorem cum filio et omni exercitu Romano delevit. Huius filius Pacorus missus ad persequendas Romani belli reliquias magnis rebus in Syria gestis in Parthiam patri suspectus revocatur, quo absente exercitus Parthorum relictus in Syria a Cassio, quaestore Crassi, cum omnibus ducibus trucidatur. His ita gestis non magno post tempore Romanis inter Caesarem Pompeiumque civile bellum oritur, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere et propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam et propter Crassi



natione Cyrhestem, ex his qui socii videbantur, omnia quae apud ipsos agerentur nuntiare Parthis, perfidiam barbari ad utilitates suas convertit. Nam quae maxime fieri cupiebat, ea vereri se ne acciderent, quae timebat, ea ut evenirent optare simulabat. Sollicitus itaque, ne Parthi ante transirent Euphraten, quam sibi supervenirent legiones quas in Cappadocia trans Taurum habebat, studiose cum pro- ditore egit, uti sollemni per- fidia Parthis suaderet, per Zeugma traicerent exercitum, qua et brevissimum iter est et demisso alveo Euphrates decurrit: namque si illa veni- rent, adseverabat se oppor- tunitate collium usurum ad eludendos sagittarios, omnia autem vereri, si se infra <per> patentis campos proiecissent. Inducti hac adfirmatione bar- bari inferiore itinere per cir- cuitum adduxerunt exercitum dumque fusiores ripas et ob hoc operosiores pontes iun- gunt instrumentaque moliun- tur, quadraginta amplius dies inpenderunt: quo spatio Ven- tidius ad contrahendas usus est copias eisque triduo ante- quam Parthus adveniret, re- ceptis acie commissa vicit Pa- corum et interfecit.

necem, cuius filium in parti- bus Caesaris esse audie- rant . . . Itaque victis parti- bus Pompeianis et Cassio et Bruto auxilia adversus Au- gustum et Antonium mi- sere, et post belli finem rur- sum Pacoro duce inita cum Labieno societate Syriam et Asiam vastavere castra- que Ventidi, qui post Cas- sium absente Pacoro exer- citum Parthicum fuderat, magna mole adgrediuntur. Sed ille simulato timore diu continuit se et insultare Parthos aliquantis per pas- sus est. Ad postremum in securos laetosque partem legionum emisit, quarum impetu fusi Parthi in di- versa abiere. Pacorus cum fugientes suos abduxisse secum legiones Romanas putaret, castra Ventidi, ve- luti sine defensoribus, ad- greditur. Tum Ventidius reliqua parte legionum emissa universam Partho- rum manum cum rege ipso Pacoro interficit; nec ullo bello Parthi umquam maius vulnus acceperunt.



i. *alia traditio apud* Flor. epit. 3, 11 (Bellum Parthicum) et 4, 9 (Bellum Parthicum sub Ventidio), *ex quo inprimis conferas* 4, 9, 5 sq.: denique ablata Syria emanabat latius malum hostibus sub auxilii (*sc.: Labieno lati*) specie sibi  
5 vincantibus, nisi Ventidius, et hic legatus Antonii, incredibili felicitate et Labieni copias ipsumque Pacorum et omnem Parthicum equitatum toto inter Oronten et Euphraten sinu late cecidisset. Viginti amplius milium fuit. Nec sine consilio ducis, qui simulato metu adeo passus est hostem  
10 castris succedere, donec absumpto iactus spatio adimeret usum sagittarum. Rex fortissime dimicans cecidit.

lib. 43

prol. libri 43: Tertio et quadragensimo volumine continentur origines priscorum Latinorum, situs urbis Romae et res usque ad Priscum Tarquinium. Origines deinde Liguria et  
15 Massiliensium res gestae.

161. Iust. 43, 1, 1–2: Parthicis orientalibusque ac totius propemodum orbis rebus explicitis ad initia Romanae urbis Trogius veluti post longam peregrinationem domum revertitur, ingrati civis officium existimans, si, cum  
20 omnium gentium res gestas inlustraverit, de sola tantum patria taceat. Breviter igitur initia Romani imperii perstringit, ut nec modum propositi operis excedat nec utique originem urbis, quae est caput totius orbis, silentio praetermittat.

25 *Hic verba Trogi ipsius, in orationem scilicet obliquam transposita, Iustinus simili modo atque in praefatione (cf. supra fr. 15–18) praebere videtur.*

162. Serv. Aen. 6, 782: ANIMOS AEQUABIT OLYMPO. Magnanimitate aequabitur caelo. De hoc autem loco et  
30 Trogius et Probus quaerunt.



cf. vGu. *Fragm.* p. 192: „Bemerkenswerth ist auch, . . . daß Trogus mitunter auf seinen Zeitgenossen Vergilius Rücksicht genommen hat, ein Zug den wie so vieles andere der Epitomator verwischt hat. Auf die poetische Prophezeiung des Vergilius von Roms künftiger Größe und Herrlichkeit konnte Trogus im Eingange des 43.n Buches . . . Bezug nehmen. Ich sehe daher keinen Grund den Trogus den alten Erklärern des Vergilius zuzugesellen. Übrigens hat die Daniela hier nicht *magnitudine* . . ., sondern *magnanimitate*, was ohne Zweifel richtiger ist, weil es eine Umschreibung des Dichterwortes *animos aequabit Olympo* enthält“. Trogum et aliis locis Vergilium respexisse apparet e. g. e *Iust.* 4, 1, 10, de quo recte iam iudicavit Bongarsius: „Certe videtur in hac Siciliae descriptione auctor noster ex 3. *Aeneidos*“ (id est: *Verg. Aen.* 3, 420) „imitatus pleraque, observatu facillima“ unde etiam glossa Vergilius, a quibusdam codd. in vorticibus mutata, in textum Iustini irrepserit (cf. Axel Petersson, *De epitoma Iustini* . . . Uppsala 1926, 22 et apparatus editionis Iustini a me curatae ad l.; „Die praef. des P. T.“ p. 72 sq.).

20 **163.** *Insequentem Italiae antiquissimae historiam admodum rudi modo mutilatam esse ex Iustini ipsius verbis apparet, qui primum de Saturno rege Aboriginum locutus statim, secundo rege (sc. Pico) praetermisso, adicit: (43, 1, 6) Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt (quare edd. Picum, Iustinum corrigentes, inserere consueverant); ad enarrationem regum Romanorum adhibenda sunt etiam verba Mithridatis supra fr. 152 allata (= Iust. 38, 6, 7–8): . . . quia ipsi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubescant: aut pastores Aboriginum, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut servos vernasque Tuscorum, aut, quod honoratissimum nomen fuit inter haec, Superbos; atque ut ipsi ferunt conditores suos lupae uberibus altos, sic omnem illum populum luporum animos . . . habere . . . (7, 1) . . . illa conluvie convenarum . . .; nam hae res libri 38*  
 25 *certe, quamquam haud dubie postea demum addita colore exprobrationis, omnes ex Trogi ipsius opere, id est e libro 43, excerptae sunt. Ceterum ad hanc Iustini partem cf. G. Pasquali, Roma in Callimaco, StudIt. N. S. XVI 1939.*

**164.** *Hoc loco repetendum est supra fr. 12.*



**165.** Iust. 43, 5, 11–12: In postremo libro Trogus: maiores suos a Vocontiis originem ducere; avum suum Trogum Pompeium Sertoriano bello civitatem a Cn. Pompeio percepisse, patrum Mithridatico bello turmas equitum sub eodem Pompeio duxisse; patrem quoque sub C. Caesare militasse epistularumque et legationum, simul et anuli curam habuisse.

*vGu. Fragm. 190 in eo erravit, quod, verba in postremo libro falso intellegens, hoc fr. libro 44 inserendum esse iudicavit*  
10 („... ein Fragment, welches Iustin XLIII 5, 11–12 aus dem 44.n Buche des Trogus anführt“), cum illa verba necessario ultimam praesentis, id est 43., libri partem significant.

lib. 44

prol. libri 44: Quarto et quadragensimo volumine continentur res Hispaniae et Punicae.

15 **166.** *Hoc loco repetas* Plin. nat. 8, 166, *supra fr. 4 a.*

**167.** a. Vell. 1, 1, 1

b. Iust. 44, 3, 2

Teucer, non receptus a patre Telamone ob segnitiam non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum adpulsus co-  
20 gnominem patriae suae Salamina constituit.

... post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris invisum patri Telamoni, cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse atque ibi urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse. (*cf. supra fr. 4b*)

30 *De forma nominis Salamina cf. ad fr. 37 et 39.*

**168.** a. Val. Max. 3, 3  
ext. 7

b. Iust. 44, 5, 5

... servus barbarus Hasdrubalem, quod dominum

In huius (*sc. Hamilcaris*) locum gener ipsius Asdrubal mittitur, qui et ipse a servo



## HISTORIAE PHILIPPICAE

suum occidisset graviter fe- Hispani cuiusdam, ulciscente  
rens, subito adgressus inter- domini iniustam necem, in-  
emit, cumque comprehensus <sup>10</sup> terfectus est.  
omni modo cruciaretur, laeti-  
<sup>5</sup> tiam tamen, quam ex vin-  
dicta ceperat, in ore constan-  
tissime retinuit . . .

**c.** Liv. 21, 2, 6: . . . barbarus eum quidam palam ob iram  
interfecti ab eo domini obtruncat, comprehensusque ab circum-  
stantibus haud alio quam si evasisset vultu tormentis quoque  
cum laceraretur, eo fuit habitu oris ut superante laetitia  
<sup>15</sup> dolores ridentis etiam speciem praebuerit.

**d.** *similiter Appian. Iber. 8 et Annib. 2, nisi quod servum  
(ἀνὴρ δοῦλος sive θεράπων) Hasdrubalem ἐν κνηγεσίοις  
interficiētem facit; Diod. 25, 12, quamvis breviter huius rei  
mentionem faciat, tamen ordinem servi servavit (ὕπὸ δὲ οἰκέ-  
<sup>20</sup> του ἐπιβουλευθεὶς ἐσφάγη), aliter autem Polyb. 2, 36, 1  
(δολοφονηθεὶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλύμασι νυκτὸς ὑπὸ τινος  
Κελτοῦ τὸ γένος ἰδίῳν ἔνεκα ἀδικημάτων).*

*cf. A. Klotz, Appians Darstellung des Zweiten Punischen  
Krieges, 1936, 17. Traditiones Trogiana et Liviana inter se  
<sup>25</sup> simillima seiungi nequeunt, quare dici non potest utrum Va-  
lerius ab hoc an ab illo pendeat. Etiam Trogum constantiam  
servi non praetermississe admodum verisimile est.*

**169. a.** Val. Max. 9, 6

ext. 1

Verum ut ipsum fontem  
perfidiae contemplemur, Kar-  
<sup>30</sup> thaginienses Xanthippum <sup>40</sup>  
Lacedaemonium, cuius op-  
tima opera primo Punico  
bello usi fuerant et quo iu-  
vante Atilium Regulum ce-  
<sup>35</sup> perant, simulantes domum se  
revehere, in alto merserunt,

**b.** Ampelius 14, 9

Xanthippus vir Lace-  
daemoniorum fortissimus  
qui bello Punico primo  
Carthaginensibus dux mis-  
sus Regulum cepit.

**c.** *cf.* Liv. perioch. 18

. . . arcessito a Cartha-  
ginensibus Xanthippo,  
Lacedaemoniorum duce,



quid tanto facinore petentes?  
An ne victoriae eorum socius  
superesset? Extat nihilo mi-  
nus, et quidem cum opprobrio,  
5 quem sine ulla gloriae iactura  
inviolatum reliquissent.

victus praelio et captus  
est (*sc. Regulus*).

d. *cf.* Iust. 44, 5, 3

(Karthaginienses) felici  
10 expeditione et Gaditanos  
ab iniuria vindicaverunt et  
maiore iniuria partem pro-  
vinciae imperio suo adiece-  
runt.

15 *Cum et Ampelius et Valerius modo ad Trogum modo ad  
Livium reducendi sint, praeterea versio Liviana Trogianaque  
persaepe artius inter se cohaereant, hic vix duo traditionis fila  
distingui possunt. Id sane pro certo habendum est Trogum in  
fine libri 44 fusius de rebus Punicis et – nisi forte iam in  
20 priore operis parte – de primo bello Punico rettulisse neque  
auxilium Xanthippi Karthaginiensibus latum silentio praeter-  
misisse. (cf. Iust. 29, 2, 3 bellum cum Poenis... suscepisse;  
33, 1, 1 minore quidem rerum motu Romani Macedonicum  
quam Punicum bellum gesserunt; 41, 4, 3 Parthi... ab  
25 Antiocho... possessi, a cuius pronepote Seleuco primum  
defecere primo Punico bello L. Manlio Vulsone M. Atilio  
Regulo consulibus; cf. 28, 2, 1–2). Quamquam igitur etiam de  
priore quodam libro cogitari possit, tamen notandum est co-  
lorem indignationis contra perfidiam Poenorum versae apud  
30 Val. et Iust. l. l. persimilem esse, ut conicias hoc quoque de  
Xanthippo opprobrium in contextu rerum et morum Poeno-  
rum, scil. in fine libri 44 suum locum habuisse.*

#### Fragmentum sedis incertae

170. De dubiis nominibus (*grammaticus anonymus de  
generibus nominum*), GL V p. 593, 20: 'vectes' generis  
35 masculini..., sed Trogus genere feminino dixit. fortasse ex  
alicuius obsidionis descriptione (*item vGu. Fragm. 202*).



Geschenk von :

Preis:

AK-Hinw.

Fach

1 Lat. Lit. Ww

Bio K

Bild K

SWK

Mag.-Stdnr.

zu:

B1 ZFB 1696x  
Entsäuerung

ABGHKL Sonder-Aufst. Juli 2008 Ansl.-V.

zu:

III/9/73 - Jt 6358 20 15<sup>e</sup>



